celerrime ferunt in occasu uespertino, hæ tardissime illæ a terra altissime absunt cum tardissime mouentur, hæ cum ocyssime. Quia sicut in illis propinquitas centri accelerat, ita in iis extremitas circuli. Illæ ab exortu matutino minuere celeritaté incipiunt, hæ uero augere. Illæ retro cursum agunt a statione matutina usq; ad uespertiná. Veneris a uespertina usq; ad matutiná. Incipit auté ab exortu matutino latitudiné scandere, altitudiné uero ac solem insequi a statione matutina ocyssima in occasu matutio & altissima. Digredi aút latitudine motumq; minuere ab exortu matutino, retro quidé ire simulq; altitudine digredi a statione uespertina. Mercurii rursus stella utroq; modo scandere ab exortu matutino. Digredi uero latitudine a uespertino, consecutoq; sole ad. xv. partium interuallum cõsistit quadriduo prope imobilis. Mox ab altitudine descédit, retroq; graditur ab occasu uespertino usq; ad exortum matutinum. Tantumq; hæc & luna totidem diebus quot subiere descédunt. Veneris quindecies & pluribus subit. Rursus Saturni & Iouis duplicato digrediuntur, Martis etiam quadruplicato. Tanta est naturæ uarietas. Sed ratio euidés. Nam quæ in uaporem solis nituntur, etiam descendunt ægre. Multa promi amplius circa hæc possunt secreta naturæ legesq;, quibus ipsa seruiat, exépli gratia. In Martis sydere cuius est maxime inobseruabilis cursus, numquam id stationé facere Iouis sydere triquetro raro ad modum. lx. partibus discreto. Qui numerus sexágulas mundi efficit formas. Nec exortus nisi in duobus signis tantum cancri & leonis simul edere. Mercurii uero sydus in piscibus exortus uespertinos raros facere creberrimeq; in uirgine. In libra matutinos. Item matutinos in aquario, rarissimos in leone. Retrogradum in tauro & in geminis nõ fieri. In cancro uero non citra. xxv. partem. Lunæ bis coitum cum sole in nullo alio signo facere q̃ geminis. Non coire aliquando in sagittario tantum. Nouissimá uero primamq; eadem die uel nocte nullo alio in signo q̃ ariete cõspici, id quoq; paucis mortalium contingit. Et inde fabula cernendi lynceo. Non cõparere in cœlo Saturni sydus & Martis cum plurimum diebus. clxx. Iouis. xxxvi. aut cum minimum denis detractis diebus. Veneris. lxxix. aut cum minimum. lii. Mercurii. xiii. aut cum plurimum. xvii.

Quæ ratio colores eorum mutet. Cap. xviii.

COlores ratio altitudinum temperat, siquidem earum similitudinem trahunt, in quarum aera uenere subeundo, tingitq; appropinquátes utralibet alieni meatus circulus. Frigidior in pallorem, ardentior in ruborem, uentosus in horroré. Sol atq; cõmissuræ absidum extremæq; orbitæ a terra in obscuritaté. Suus quidé cuiq; color est Saturno candidus. Ioui clarus. Marti igneus. Lucifero candens, Vesperi refulgens. Mercurio radiás. Lunæ blandus, Soli cum oritur ardés, postea radians. His caussis cõnexo uisu & earum quæ cœlo continentur. Namq; modo multitudo conferta inest circa dimidios orbes lunæ, placida nocte leniter illustráte eas. Modo raritas ut fugisse miremur plenilunio abscõdente, aut cum solis supraue dictarum radii uisus perstrinxere nostros. Et ipsa aút luna ingruentium solis radiorum haud dubie differentias sentit, hebetante cætera inflexos mundi cõuexitate eos, præterq̃ ubi recti angulorum cõperunt ictus. Itaq; in quadrato solis diuidua est, in triquetro semi ambitur orbe, impletur autem in aduerso, rursusq; minuens easdem effigies, paribus edit interuallis, simili ratione qua supra solem tria sydera.

Solis motus & dierum inæqualitatis ratio. Cap. xix.

SOl auté ipse quattuor differentias habet, bis æquata nocte diei uere & autumno, & in centrum incidens terræ octauis in partibus arietis ac libræ. Bis permutatis spaciis in auctum diei bruma octaua in parte capricorni. Noctis uero solstitio tantidé in partibus cancri. Inæqualitatis causa obliquitas est signiferi, cum pars æqua mundi super subterq; terras omnibus fiat momentis. Sed que recta in exortu suo consurgunt signa longiore tractu tenent lucem, quæ uero obliqua ocyor transeunt spacio.


Quare Ioui fulmina assignentur. Cap. xx.

PAtet plærosq; magna cœli affectione, cõpertum a principibus doctrinæ uiris, supernorum trium syderum ignes esse, qui decidui ad terras fulminum nomen habeant. Sed maxime ex iis medio loco siti, fortassis quoniam contagium nimii humoris ex superiore circulo atq; ardoris ex subiecto per hunc modum egerat. Ideoq; dictum Iouem fulmina iaculari. Ergo ut e flagráte ligno carbo cum crepitu, sic a sydere cœlestis ignis expuitur, præscita secum afferens, ne abdicatæ quidem sui parte in diuinis cessante opibus. Idq; maxime turbato fit aere, quia collectus humor adundantiá stimulat, ut quia turbatur quodá ceu grauidi syderis partu.

Interualla syderum. Cap. xxi.

INterualla quoq; syderum a terra multi indagare tentauerunt. Et solem abesse a luna undeuiginti partes, quãtum lunam ipsam a terra prodiderunt. Pythagoras uero uir sagacis animi a





terra ad lunam.cxxv.milia ſtadiorum eſſe collegit.Ab ea uſque ad ſolem duplū.Inde ad duodecī ſigna triplicatum.In qua ſententiā Gallus Sulpitius noſter fuit.

De ſyderium muſica.Cap.xxii.

SEd Pythagoras interdum ex Muſica ratione appellāt tonum quantum abſit a terra luna.Ab ea ad Mercuriū ſpacii eius dimidium,& ab eo ad Venerem.A qua ad ſolem ſeſquiplum.Aſole ad Martem tonum.i.quantū ad lunam a terra.Ab eo ad Iouem dimidium, & ab eo ad Saturnum dimidium,& inde ſeſquiplum ad ſigniferū,ita ſeptem tonos effici,quam diapaſon harmoniam uocant:hoc eſt uniuerſitatem concentus,in ea,Saturnū Dorio moueri. Mercuriū Phthongo Iouem Phrygio, & in reliquis ſimilia iucunda magis q̄ neceſſaria ſubtilitate.

De mundi Geometria.Cap.xxiii.

STadium.cxxv.noſtros efficit paſſus,hoc eſt pedes ſexcentos .xxv. Poſſidonius non minus.xl. ſtadiorum a terra alitudinem eſſe:in qua nubila ac uenti nubeſq; perueniant.Inde purum liquidumque & imperturbatæ lucis aerem.Sed a turbido ad lunam uicies centum ſtadiorum. Inde ad ſolem quinquies milies.Eo ſpacio fieri ut tam imenſa eius magnitudo non exurat terras. Plures aūt nubes non ingentis ſtadiis in altitudinem ſubire prodiderūt.Incōperta hęc & inextricabilia,ſed tam ꝑdenda q̄ ſunt prodita,ſi quis tamē una ratio geometricæ collectiōis nunq̄ fallacis poſſit non repudiari,ſi cui libeat altius iſta ꝓſequi.Nec ut mēſura(id enī uelle pene dementis ocii eſt)ſed ut tantū cōiectanti animo cōſtet extimatio,Nam cum trecentis.lx,& fere ſex partibus orbis ſolis ex circuitu eius patere appareat circulum per quem meat,ſempq; dimetiens tertiā partē ambitus,& tertiæ paulominꝰ ſeptimā colligat,apparet dempta eius dimidia,quoniā terra centralis interueniat.Sextam uero ptem huius immenſi ſpacii qđ circa terrā circuli ſolaris animo compræhendiť in eſſe altitudinis ſpacio.Lunæ uero duodecimā.Quoniā tanto breuioř q̄ ſol ambitu currit,ita ferri eam in medio ſolis ac terræ.Mirū quo ꝓcedat improbitas cordis humani,paruulo aliquo inuitata ſucceſſu.Sicut i ſuprădictis occaſionē impudentiæ ratio largitur:auſiq; diuiař ſolis ad terram ſpacia.Eadem ad cœlum agunt:quoniā ſit medius ſol,ut ꝓtinus mūdi quoq; ipſius menſura ueniat ad digitos.Quantas enī dimetiens habeat ſeptimas,tantas habere circulū duo & uicesimas:tanq̄ plane a ppendiculo mēſura cœli cōſtet. Aegyptia ratio quam Petoſiris& Necepſos oſtendere ſingulas ptes,in lunari circulo(ut dictum eſt)minimo.xxxiii.ſtadiis paulo amplius patere colligit.In Saturni ampliſſimo duplū.In ſolis quem mediū eſſe diximus,utriuſq; menſuræ dimidium.Quæ computatio plurimū habet pudoris,quoniā ad Saturni circulū addito ſigniferi ipſius interuallo,nec numerabilis multiplicatio efficitur.

De repentinis ſyderibus.Cap.xxiiii.

REſtant pauca de mūdo,nanq; & in ipſo cœlo ſtellæ repente naſcunť plura catū genera.

De Cometis & cœleſtibus prodigiis,natura & ſitu,& generibus eorū. Ca.xxv.

COmetas græci uocāt,noſtri Crinitas horrentes crine ſanguineo,& comaꝝ modo in uertice hiſpidas.Idē pogonias,qbus inferiore ex parte in ſpeciē barbæ longæ promittitur iuba. Acontiæ iaculi modo uibranť ociſſimo ſignificatu.Hæc fuit de qua quinto conſulatu ſuo Tiberius impator Cęſar præclaro carmine perſcripſit ad hūc diem nouiſſime uiſam. Eaſdem breuiores & in mucronē faſtigiatas Xiphias uocauere,quæ ſunt omnium pallidiſſimæ quodam gladii nitore,ac ſine ullis radiis quos chryſeꝰ auro nomine ſimilis,colore autē electro raros e margine emittit,Pithetes doliorū cerniť figura in concauo fumidæ lucis.Cratias cornus ſpeciē habet, qualis fuit cū græcia apud Salamina depugnauit.Lampades ardentes imitanť faces, Hippeus equinas iubas celerrimi motus,atq; in orbē circa ſe euntis.Fit & candidus cometes argēteo criē ita refulgens ut uix cōtueri liceat,ſpecieq; humana dei effigiē in ſe oſtendens.Fiunt & hirti uilloꝝ ſpecie & iuba aliq̄ circundati,Semel adhuc iubæ effigies mutata i haſta eſt,olympiade cētesimaoctaua urbis anno.ccclxxxxviii. Breuiſſimū quo cernerenť ſpacium ſeptem dierum annotatū eſt,longiſſimum octoginta.Mouenť autem alii errantium modo,alii immobiles hærent.Oēs ferme ſub ipſo ſeptemtrione aliqua eius parte nō certa,ſed maxie in eādida quæ lactei circuli nomē accepit. Ariſtoteles tradit & ſimul plures cerni nemini compertū alteri,quod equidē ſciam Ventos autē ab iis graues æſtuſq; ſignificari.Fiūt & hibernis mēſibus & in auſtrino polo ſed ibi citra ullum iubar:Diraq; cōperta æriophum & Aegypti populis,cui nomen æui eius rex edidit Typō,ignea ſpecie,ac ſpinę modo intorta,uſu quoq; toruo,nec ſtella uerius q̄ quidā igneus nodus. Spargunť ali

quando

quando & erratibus stellis caeterisq; crines, Sed cometes nunq̃ in occasura pte coeli est. Terrificũ magna ex parte sydus, ac non leuiter piatũ, ut ciuili motu Octauio cõsule. Itertũq; Pompeii & Caesaris bello. In nostro uero aeuo circa ueneficiũ, quo Claudius Caesar ipersũ reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu eius assiduũ prope ac saeuum. Referre arbitrant in quas partes sese iaculetur, aut cuius stellae uires accipiat, quasq; siitudines reddat, & qbus in locis emicet. Tibiarũ specie arti musicae portendere. Obscoenis aũt moribus in uerendis partibus. Signorũ ingeniis & eruditioni si triquetrã figurã quadratam ue paribus angulis ad aliquos perénium stellarũ situs edát. Venena fundere in capite septẽtrionalis austrinaeue serpẽtis. Cometes in uno toti⁹ orbis loco colit in tẽplo Romae admodum faustus Diuo Augusto iudicatus ab ipo: qui incipiente eo apparuit ludis quos faciebát Veneris genitricis non multo post obitũ patris Caesaris, in collegio ab eo istituto. Nanq; his uerbis id gaudium ꝑdidit. Is ipis ludorum meorum diebus sydus crinitum per septem dies in regione coeli sub septẽtrionibus est cõspectũ. Id oriebatur circa undecimã horam diei, clarumq; & oĩbus terris conspicuum fuit. Eo signo significari uulgus credidit Caesaris aĩam inter deorũ immortaliũ nomina receptam, quo nomine id insigne simulacro capitis eius qđ mox in foro cõsecrauimus adiectũ est Haec ille in publicũ interiore gaudio sibi illum natum seseq; in eo nasci interpretatus est, & ut uerũ fateamur salutare id terris fuit. Sunt qui & haec sydera ꝑpetua esse credãt, suoq; ambitu ire, sed nõ nisi relicta a sole cerni. Alii uero qui nasci humore fortuito & ignea ui, ideoq; solui.

Hipparchus de syderibus per exẽpla historica, faces. lampades, trabes, bolides, & chasma coeli. Cap. xxvi.

IDem Hipparchus nunq̃ satis laudatus, ut quo nemo magis approbauerit cognationẽ cum homine syderum animasque nostras partem esse coeli, nouam stellam & aliam in aeuo suo genitam deprehendit, eiusque motu qua die fulsit ad dubitationem est adductus, an ne hoc saepius fieret, mouerenturq; & eae quas putamus affixas. Idemq; ausus rem etiam deo improbam annumerare posteris stellas ac sydera ad normã expangere organis excogitatis, per q̃ singularum loca atque magnitudines signarét, ut facile discerni posset ex eo nõ mõ an obirẽt nascerenturq;, sed oĩno aliqua transirent mouerẽturue, item an crescerẽt minuerenturq; coelo in hereditate cũctis relicto, si quisq̃ rationem eam caperet inuectus esset. Emicant & faces non nisi cum decidunt uisae. Qualis germanico Caesare gladiatorũ spectaculum edente praeter ora populi meridiano trãscurrit. Duo genera earũ, Lampades uocant plane faces. Alterũ Bolidas quale Mutinensibus malis uisum est. Distant, q faces uestigia longa faciũt priore ardente parte. Bolis uero ꝑpetua ardens longiorẽ trahit limitem. Emicãt & trabes simili modo, q̃s Docos uocant, q̃les cũ Lacedaemonii classe uicti imperiũ graeciae amisere. Fit & coeli ipsius hiatus quam uocãt chasma.

De coeli coloribus. Cap xxvii.

FIr & sanguinea specie, quo nihil terribilius mortaliũ timori est. Incendium ad terras cadens inde. Sicut olympiadis centesimaeseptimae anno tertio cũ rex Philippus graeciã quateret. At q haec ego ratis tpibus naturae ut caetera arbitror existere, nõ ut plaeriq; uariis de caussis quas ingeniorum acumen excogitat. Quippe ingentiũ malorum fuere praenuncia. Sꝫ ea accidisse, non quia haec facta sunt arbitror. uerum haec ideo facta quia incasura erant illa, raritate autẽ occultã eorum esse rationẽ, ideoq; non sicut exortus supradictos defectusq; & multa alia nosci.

De flamma coeli. Cap. xxviii.

CErnunt & stellae cũ sole totis diebus plaerũq;, & circa solis orbem ceu specie coronae & uersicoloris circuli. Qualiter Augusto caesare in prima iuuenta urbem intrante post obitum patris ad nomen igens capessẽdum.

De coronis coelestibus. xxix.

EXistunt eaedem coronae circa lunã & circa nobila astra coelo quoq; in haerẽtia. Circa solem arcus apparuit. L. Opimio. iii. Q. Fabio. ii. coss. Orbis. L. Portio. M. Atilio.

De circulis repentinis, Cap. xxx.

cIrculus rubei coloris. L. Iulio. P. Rutilio coss. Fiunt ꝑdigiosi & longiores solis defectus q̃lis occiso dictatore Caesare, & Antoniano bello totius pene anni pallore cõtinuo.

Plures soles. Cap. xxxi.

ET rursus plures soles cernunt, nec supra ipm nec infra, sed ex obliquo nunq̃ iuxta, nec contra terrã, nec noctu, sed aut oriente aut occidẽte. Semel in meridie cõspecti i bosphoro p

duntur, qui a matutino tempore durauerunt in occasum. Trinos Soles antiqui sæpius uidere. Sicut Sp. Posthumio. Qu. Minutio. Qu. Martio. M. Portio. M. Antonio. P. Dollobella, & M. Lepido L. Plãco coss. Et nostra ætas uidit. Diuo Clau. pricipe cõsulatu eius Cornelio Orsito collega. Plus simul q̃ tres uisi ad hoc æui nunq̃ produnt.

Plures lunæ. Cap. xxxii.

l Vnę quoq; triç, ut Cn. Domitio. C. F. L, Annio coss. apparuere. Quos plęriq; appellauerunt soles nocturnos.

Dierum lux nocte. Cap. xxxiii.

l Vmé de cœlo noctu uisũ est. C. Cecilio. Cn. Papyrio coss. & sæpe alias, ut diei species noctu luceret.

Clypei ardentes. Cap. xxxiiii.

c Lypeus ardens ab occasu ad ortum scintillans trãscurrit solis occasum. L. Valerio. Cn. Mario coss.

Ostẽtum cœli. Cap. xxxv.

s Cintillam e stella cadere, & augeri terræ appropinquitatẽ, ac postq̃ in lunæ magnitudinem facta sit illuxisse ceu nubilo die. Dein cũ in cœlũ se reciperet, lampadem factam, semel unq̃ prodit. Cn, Octauio. C. Scribonio coss. Vidit hoc Licinius Syllanus proconsul cum comitatu suo

De discursu stellarum. Cap. xxxv.

f Ieri uidentur & discursus stellarum nunq̃ temere, ut non ex ea parte truces uenti cooriant, & ex iis tunc procellæ in mari terrisq;.

De stellis castoribus. Cap. xxxvii.

VIdi in nocturnis Militũ uigiliis inhærere pilis pro uallo fulgurum effigies. eæ & antennis nauigantiũ aliisq; nauium partibus ceu uocali quodã sono insistunt, ut uolucres sedem ex sede mutãtes. Graues cũ solitariæ uenere, mergentesq; nauigia, & si in cariæ ima deciderint exurẽtes. Geminæ aũt salutares, & prosperi cursus prænunciæ, quarũ aduentu fugari dirã illam ac minacẽ appellatã q̃ Helenã ferunt. Et ob id Polluci & Castori id numen assignant, eosq; in mari deos iuocant. Hominũ quoq; capita uespertinis horis, magno præsagio circumfulgẽt. Oĩa ĩcerta ratione & in naturæ maiestate abdita.

De aere. Cap. xxxviii.

HActenus de mũdo ĩpo syderibusq;. Nũc reliqua cœli memorabilia. Nanquæ & hoc cœlum appellauere maiores, quod alio nomĩe. aera, omne qđ inani simile uitalem hunc spiritum fundit. Infra lunã hæc sedes, multoq; inferior. Vt animaduerto ꝑpemodum constare, infinitũ ex supiore natura aeris, & terreni halit⁹ miscens utraq; sorte confundiẽ. Hic nubila tonitrua & alia fulmina. Hinc grandines, & pruinæ, hymbres, ꝑcellæ turbines. Hinc plurima mortaliũ mala, & rerũ naturæ pugna secũ. Terrena in cœlũ tendentia deprimit syderũ uis. Eademq;, quæ sponte nõ subeãt, ad se trahũt. Decidũt hymbres, nebulæ subeũt, siccanẽ amnes, ruunt grãdines, torrẽt radii, & terrã ĩ mediũ undiq; ĩpellũt. Iidẽ ĩfracti resiliũt, & q̃ potueẽ, auferũt secũ Vapor ex alto cadit, rursumq; ĩ altũ redit. Vẽti ĩgruũt ĩanes, idẽq; cũ rapia remeãt. Tot aĩaliũ haust⁹ spm̃ e sublimi trahit. At ille cõtra nitiẽ. Tellusq;, ut ĩani cœlo: spm̃ ĩfũdit. Sic ultro citro cõmeãte natura, ut tormẽto aliquo mũdi celeritate discordia accendaẽ, nec stare pugnæ licet, sed assidue rapta inuoluiẽ, Et circa terrã ĩmenso rerũ q̃si globo tendit. Subinde ꝑ nubes cœlũ aliud obtexens, uẽtoꝝ hoc regnum. Itaq; præcipua eorũ natura ibi, & ferme reliquas cõplexa caussas, qm̃ & tonitruum & fulminũ iactus horũ uiolentiæ plæriq; assignat. Quin & ideo lapidibus pluere ĩterim, q̃ uẽto sint rapti, & multa similiter. Quamobrem plura simul dicenda sunt,

De æstatis tempestatibus. Cap. xxxix.

TEmpestatũ rerũq; quasdã statas esse caussas, quosdam uero fortuitas, aut adhuc rõnis incompertæ manifestũ est. Quis. n. æstates & hyemes, quæq; in temporibus annua uice intelligunt syderũ motu fieri dubitet? Ergo ut solis natura tẽperando intelligiẽ anno. sic reliquorũ quoq; syderũ ꝑpria est q̃busq; uis, & ad suã cuiq; naturã fertilis. Alia sunt ĩ liquorem soluti humoris fœcunda, alia cõcreti in pruinas: aut coacti in niues, aut glaciati in grãdines, alia flat⁹ tẽpis alia uaporis, alia roris, alia rigoris, Nec uero hæc tanta debent existimari quãta cernunẽ, cum eẽ eorum nullũ minus luna tam immensæ altitudinis ratio declaret. Igitur ĩ suo quæq; motu naturã suam exercent, quod manifestũ Saturni maxime trãsitus hymbribus faciunt. Nec meantiũ modo syderũ hæc uis est, sed multorũ etiam adhærentiũ cœlo: quotiens erratiũ accessu impulsa aut cõiectu radioꝝ extimulata sunt, qualiter ĩ succulis sentimus accidere, quas græci ob id pluuio noĩe

hyadas

hyadas appellãt,Quin sua sp̃ote quædam statisq̃ tẽporibus,ut hædorũ exortus.Arcturi uero sydus non ferme sine pcellosa grandine emergit. De Caniculæ exortu. Cap.xl.

NAm caniculæ exortu accẽdi solis uapores qs ignorat? Cuius syderis effectus amplissimi in terra sentiuntur.Feruent maria exoriente eo.Fluctuant in cellis uina.Mouent stagna.Ori gem appellat ægyptus feram,quã in exortu eius contristare & cũtueri tradit,ac uelut adorare,cũ sternuerit.Canes quidem toto eo spacio maxime in rabiem agi non,est dubium.

Vis temporum anni statuta. Cap.xli.

QVin in ptibus quoq̃ signorũ quorũdã sua uis in est,ut autumnali æquinoctio,Brumaquæ cum tempestatibus confici sidus intelligimus.

De incertis tempestatibus. Cap.xlii.

NEc imbribus tantũ tẽpestatibusq̃,sed multis.& corporũ,& ruris experimẽtis.Afflant alii sydere,alii cõmouent statis tempibus,aluo,neruis,capite,mente.Olea & populus alba, & salices folia solstitio circũagunt.Horret ipo brumali die suspẽsa ĩ tectis arẽtis herba pulegii.Rũpunt intentæ spiritu mẽbranę.Miret hoc,qui nõ obseruet quottidião experimento,herbã unam,quæ uocat heliotropiũ'abeunte solem intueri semp,oibusq̃ horis cũ eo uerti,uel nubilo obumbrante.Iam qdem lunari potestate ostreaæ,conchiliorumq̃,& cõcharũ omniũ corpa augeri,& rursus minui.Quin & soricũ fibras rñdere numero lunæ exquiuere diligentiores.Minimũq̃ anial formicã sentire uires syderis,interlunio semp cessant.Quo turpior hoi i'scita est fatenti præcipue iumentorũ,quorũdã in oculis morbos cũ luna increscere ac minui.Patrociat uastitas cœli imẽsa discreta altitudinẽ in duo atq̃ septuagita signa.Hæ sunt rerũ aut aĩatiũ effigies,in q̃ digessere cœlum periti.In his qdem mille sexcentas annotauere stellas,isignes uidelicet effectu,uisuue Exẽpli gra,in cauda tauri septem quas appellauere Vergilias.In fronte suculas.Bœtem,quę sequit septemtriones. De imbribus. Cap.xliii.

EXtra has causas non negauerim existere imbres uentosq̃,quoniam humidã a terra alias uero ppter uapores fumidã exhalare caliginẽ certũ est. Nubesque liquore egresso in sublime,aut ex aere coacto in liquorẽ egresso in sublime,aut ex aere coacto in liquorem gigni.Densitas earũ corpusq̃ haud dubie coniectat argumento cum solem obumbret. Perspicuũ alias etiã urinantibus in quãlibet profundam aquarum altitudinem.

Quare lapides pluant. Cap.xliiii.

IGitur non eam inficias,posse in has & ignes supne stellarum decidere,q̃les sereno sæpe cernimus,quorũ ictu cõcuti aera uerũ ẽ,qñ & tæla uibrata stridũt.Cũ uero ĩ nubẽ puenerit,uaporẽ dissonũ gigni,ut cãdente ferro in aquã demerso.& fumidũ uorticẽ uolui.Hinc nasci pcellas.

De tonitruis & fulguribus. Cap.xlv.

ET si in nube luctet flatus aut uapor tonitrua edi,si erũpat ardens,fulmina.Si longiore tractu nitat fulgetra.His findi nubem,illis perrũpi.Et esse tonitrua impactorum ignium plagas ideoq̃ protinus coruscare igneas nubium rimas.posse & repulsu syderum depressum quĩ a terra meauerit,spiritum nube cohibitum tonare.natura strangulante sonitum,dum rixet.Edito fragore cum erumpat,ut in membrana spiritu intenta.Posse & attritum dum ĩ præceps feratur illum,quisquis est,spiritum accendi.Posse & afflictu nubium elidi,ut duorum lapidum scintillãtibus fulgetris.Sed hæc oĩa esse fortuita.Hic bruta fulmĩa & uana,ut quæ nulla ueniãt rõne naturę.Iis percuti mõtes,iis maria:oẽsq̃ alios irritos ictus.Illa uero fatidica ex alto,statisq̃ d causis,& ex suis ueonite syderib'.Simili modo uentos,uel potius flatus posse ex arido siccoq̃ anhelitu terræ gigni non negauerim.Posse & aquis aera expirãtibus,q neq̃ in nebulã densẽt,nec crassescat in nubes.Posse & solis impulsu agi,quoniã uẽtus nõ aliud intelligat,q̃ fluct' aeris pluribusq̃ etiã modis,Namq̃ & fluminibus & niuibus,& e mari uidemus etiã tranquillo,& alios quos uocãt Altanos e terra consurgere.Qui quidem cum e mari redeunt,Tropei uocant,si perguot Apogei.

Qua ratione Echo reddatur.Cap.xlvi.

MOntiũ uero flexus crebriq̃ uertices & cõflexa Cubito,aut cõfracta in humeros iuga cõcaui uallium sinus scinduor inæqualiter,inde resultãtẽ aera,quæ causa etiam uoces multis in locis reciprocas facit. De Ventis. Cap.xlvii.

SIne fine uentos generant iam quidem etiam specus,qualis in Dalmatiæ ora uasto in præceps hiatu,in quem deiecto leui pondere,quis tranquillo die turbini similis emicat pcella, nomen

loco eſt ſentaquin. Et in Cyrenaica prouincia rupes quædam auſtro traditur ſacra, quam profanum ſit attrectari hoīs manu, confeſtim auſtro inuoluente harenas. In domibus etiam multis manufacta incluſa opacitate cōceptacula auras ſuas habēt, adeo cauſa nō deeſt. Sed plurimū intereſt flatus ſit, an uentus, illos ſtatos atq; pſpirantes. quos non tractus aliquis uerū terræ ſentiūt, q̄ non aura, non pcella maris, ſed appellatione quoq; ipa ueri ſunt. Qui ſiue aſidua mundi in ſcitu & contrario ſyderū occurſu naſcunt, ſiue hic eſt ille generabilis rerū naturæ ſpiritus, huc illuc q; tanq̄ in utero aliquo uagus, ſiue diſparili errantiū ſyderum ictu, radiorūq; multiformi iactu flagellatus aer, ſiue a ſuis ſideribus exeūt his propriorib⁹, ſiue ab illis cœlo affixis cadūt, palā ē illos quoq; legem habere naturæ non ignoram, etiam ſi nondum percognitam.

Naturæ & obſeruationes uentorum. Cap. xlviii.

Viginti & amplius auctores græci ueteres pdidere de his obſeruatiōes, quo magis miror orbe tam diſcordi, & in regna hoc eſt in mēbra diuiſo, tot uiris curæ fuiſſe, tam ardua inuentu pquirere inter bella pſerrim, & Iſida hoſpitia. Piratis etiā oīm mortaliū hoſtibus tranſitus fame tenētibus, ut hodie quædā in ſuo quiſq; tractu ex eorum cōmētariis qui nunq̄ eo acceſſere uerius noſcant, q̄ indigenarū ſciētia. Nunc uero pace tam feſta, tam gaudente, puentu rerū artiumq; pricipe omino nihil addiſci noua inqſitione, imo ne ueterū quidē inuenta perdiſci. Nō erāt maiora pmia in multos diſpſa fortunæ magnitudine, & iſta plures ſine præmio alio q̄ poſteros iuuandi eruerūt. Nāq; mores hominū ſenuere, non fructus. Et immenſa multitudo apertum quod cūq; eſt mare, hoſpitaliq; littorū olm appulſu nauigat, ſed lucri, nō ſcientiæ gratia. Nec reputat cæca mens etiam tantū auaritiæ intenta, idipm ſciētia poſſe rutius fieri. Quapropter ſcrupuloſi⁹ q̄ inſtituto fortaſis cōueniat operi, tractabo uentos tot milia nauigantiū cernens.

Ventorum genera. Cap. xlix.

Veteres q̄rtuor omino ſeruare per totidē mūdi ptes, ideo nec Homerus plures noiat. Hebetius mox iudicatū eſt id, ſecuta ætas octo addidit rōne nimis ſubtili & ✠ cōciſa, Proximis inter utraq; media placuit, ad breue numerū additis q̄rtuor. Sunt ergo bini in q̄ttuor cœli ptibus. Ab oriēte æquinoctiali Subſolan⁹. Ab oriēte brumali Vulturn⁹. Illum apeliotē, hūc græci eurū appellant. A meridie auſter, & ab occaſu brumali Africus. Noton & liba noiant. Ab occaſu equinoctiali Fauonius. Ab occaſu ſolſtitiali Corus Zephyron & argeſten uocāt. A ſeptētriōibus. Septentrio. Interq; eū & exortū ſolſtitialē Aqlo; Aparctias dicti & Boreas. Numeroſior ratio q̄rtuor his interiecerat Thraciā media regione inter ſeptētrionē & occaſum ſolſtitialē. Itemq; cæciam, media inter aquilonē & exortū æquinoctialē. Ab ortu ſolſtitiali Phœnicea media regione, Iter ortum brumalē & meridiem. Item inter liba & noton compoſitū ex utroq; mediū, inter meridiem & hybernū occidētem, libanoton. Nec finis. Alii quippe meſen nomie etiamnum addidere inter boream & cæciam. Et inter eurū & noton euronoton. Sunt etiā quidā peculiares qbuſq; gētib⁹ uenti nō ultra certū pcedentes tractū, ut Athenienſibus ſcyron, paulo ab argeſte deflexus reliquæ græciæ ignotus. Aliubi elatior idem Olympias uocaē. Cōſuetudo his omnib⁹ nominib⁹ argeſtem intelligit & cæciā. Aliqui uocant helleſpontiā, & eoſdē alibi aliter. Item in Narboneſi prouincia clariſſimus uentorū eſt Circius, nec ulli uiolētia inferior. Oſtiā plerūq; recto liguſtico mari pferens. Idem nō modo in reliquis ptibus cœli ignotus eſt, ſed ne Viennā quidē eiuſdē puīciæ urbem attingens, paucis ante limitibus iugi modici occurſu, tantus ille uētorum eſt coercit⁹. Et auſtros in ægyptum penetrare negat Fabianus. Quo ſit manifeſta lex naturæ uentis etiā & tēpore & fine dicto. Ver ergo aperit nauigātibus maria. Cuius in principio fauonii hybernū molliūt cœlū ſole aquarii. xxv. obtinēte partem. Is dies ſextus eſt ante febrarias Idus. Competit ferme & hoc oibus, quos deinde ponā per ſingulas intercalationes, uno die anticipantib⁹, ruſumq; luſtro ſequēti ordinē ſeruantib⁹. Fauoniū qdā ad. vii. Cal. Martii chelidoniā uocāt, ab hirūdinis uiſu. Nōnulli uero ornithiā uno & ſeptuageſimo die poſt brumā, ab aduētu auiū flārē p dies. ix. Fauonio cōtrarī ē, quē Subſolanū appellauim⁹. Datus ē aūt huic exortus uergiliarū in toridem partibus tauri, ſex diebus añ Maias Idus, quod tēpus auſtrinū eſt, huic uento ſeptētrione cōtrario. Ardentiſſimo aūt æſtatis tēpore exoriē caniculæ ſydus, ſole primam partē leonis ingrediente. Qui dies. xv. añ Auguſti Calē. eſt. Huius exortū diebus. viii. ferme aquilones antecedūt, quos pdromos appellant Poſt biduum autem exortus iidem aquilones conſtantius perflant diebus. xl. quos Etſias uocant. Mollire eos creditur ſolis uapor geminatus ardore ſyderis. Nec ulli uentorū magis ſtati ſunt. Poſt eos rurſus

eos rursus austri frequentes usq; ad sydus arcturi, qđ exorit̃ xi. diebus ante æquinoctium autũni. Cum hoc corus incipit. Corus autumnat, hic est contrarius Vlturnus. Post id ęquinoctium dieb⁹ fere quattuor & .xl. uergiliarũ occasum hyemem ichoat. Quod tempus in tertio Idus Nouembris incidere cõsueuit, hoc est aqlonis hyberni, multumq; æstiuo illi dissimilis, cui⁹ ex a duerso ẽ afric⁹ Ante brumam autem vij. diebus totidemq; postea sternit̃ mare alcyonum fœturæ, & inde nomen iis dies traxere. Reliquum tempus hyemat. Nec tñ sæuitia tempestarũ cõcludit mare. Piratæ primum coeget mortis periculo in mortem ruere, & hyberna expiri maria. Nũc idem auaritia cogit Ventorũ etiam frigidissimi sunt quos a septẽtriõe diximus spirare. Vicinus his corus. Ii & reliquos compescunt, & nubes abigunt, Humidi auster africus & pcipue auster Italiæ, Narrant & ĩ Ponto ciecian in se trahere nubes. Sicci corus & uulturnus pterq̃ desinentes. Niuales aquilo & septẽtrio. Grandines septentrio importat & corus. Aestuosus auster. Tepidi uulturnus & fauonius. Idẽ subsolano sicciores, & in totum oẽs a septentrione & occidente sicciores q̃ meridię & oriẽte. Saluberrimus aũt omnium aquilo. Noxius auster & magis siccus fortasis quia humidus frigidior est Minus esurire eo spirante credunt̃ animãtes. Etesiæ noctu desinũt flare, & a tertia diei hora oriunt̃. In Hispania & Asia ab oriente flatus est eorũ. In Põto ab aquilone. Reliquis ĩ partibus a meridie. Spirant aũt & a bruma qui uocant̃ ornithiæ, sed leniores & paucis diebus. Permutãt & duo naturam cum situ. Auster Africæ serenus. Aqlo nubilus. Omnes uenti uicibus suis expirant maiore ex parte. Aut ut cõtrarius desinenti incipiat, cũ pxime cadentibus surgunt. A leuo latere in dextrũ ut sol ambiunt, De ratione eorum menstrua quarta maxime luna decernit, Isdem autem uentis contrarium nauigat̃; prolitas pedibus, ut noctu plærunq; aduersa uela cõcurrãt. Austro maiores fluctus edunt̃ q̃ aquilone, qm̃ ille infernus ex imo maris spirat, hic summo. Ideoq; post austros noxii. præcipue terræ motus. Noctu auster, interdiu aquilo uehemẽtior Et ab ortu flãtes diuturniores sunt, ab occasu flantibus, Septentriones in pari fere desinunt numero. Quæ obseruatio etiã in aliis multis rerum naturæ partib⁹ ualet, Mares itaq; existimant̃ ipares numeri. Sol & auget & cõprimit flatus. Auget exoriens occidensq;. Comprimit meridianus æstiuis tẽporibus. Itaq; medio diei aut noctis plærunq; sopiuntur, qa aut nimio frigore aut æstu soluunt̃. Et ibribus uẽti sopiũt̃, Expectãtur aũt maxime, unde nubes discussæ adaperuere cœlum. Oĩm quidem si libeat obseruar̃, minimos ambitus redire eãsdem uices quadriẽnio exacto Eudoxus putat non uẽrorum modo, uerum & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustri eius semper intercalari anno caniculæ ortu. De generalibus uentis hæc.

De repentinis flatibus. Cap. I.

NVnc de repẽtinis flatib⁹ q exhalante + terra, ut dictũ est, coorti rursusq; deiecti, interi obducta nubium cute multiformes existũt. Vagi qppe & ruentes torrentiũ modo, ut aliqb⁹ placere ostendimus, tonitrua & fulgura edunt. Maiore uero illati põdere incursusq; si late siccam rupit nubem, pcellã gignũt q̃ uocat̃ a grecis ecnephias, Sin uero depsso sinu arctiuis rotari eã fregerint sine igne hoc est sine fulmie uorticẽ faciũt, q typhon uocat̃ idest uibratus. Ecnephias defert. Hic secum aliquid abreptum e nube gelida conuoluens uersansq;, & ruinam suam illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans rapida uertigine, pcipua nauigãriũ pestis, nõ antẽnas modo, uerũ ipsa nauigia cõtorta frangens, tenui remedio aceti in adueniẽtẽ effusi, cui frigidissima ẽ natura. Idẽ illisu ipso repcussus correpta secum in cœlũ refert, sorbetq; ĩ excelsum. Quod si maior depssę nubis erupit specu, sed min⁹ alto q̃ pcella, nec sine fragore turbinẽ uocãt, pxia q̃q; prosternentẽ, Idem ardentior accẽsusq; dũ fuerit. præster uocatur amburens contacta pariter & proterens. +In terram.

Alia prodigiosa genera tempestatum. Cap. II.

NOn fit aũt aqlonib⁹ typhon nec niualis, aut niue iacente ecnephias. Quod si simul rupit nubem, exarsitq;, & ignẽ habuit, aut postea cõcepit, fulmẽ est, Distat a pstere quo flãma ab igne Hic late fundit̃ flatu. Illud conglobat̃ impetu. Vortex aũt hic meando distat a turbie, quo stridor a fragore. Procella latitudie ab utroq; disiecta nube, uerius q̃ rupta. Fit & caligo belluę similis nube dira nauigantibus. Vocat̃ & columna cũ spissat⁹ humor rigẽsq; ipse se sustinet. Ex eodẽ genere, & in longam ueluti fistulam nubes aquam trahit.

Quibus in terris fulmina non cadant, Ca. III.

HYeme & æstate rara fulmina contrariis de causis, qm̃ hyeme densatus aer nubium crassiore corio spissat̃, omnisq; terrarum exhalatio rigens ac gelida quicqd accepit ignei uaporis

extinguit. Quæ ratio immunem Schythiam & circa rigētia a fulminū casu præstat, & e diuerso, nimius ardor ægyptū. Si qdem calidi sicciq; halitus terræ raras admodū renuesq; & ifirmas dēsaot in nubes. Vere aūt & autūo crebriora fulmina corruptis io utroq; tēpore æstatis hyemisq; causis. Qua rōne crebra in Italia fulmina, qa mobilior aer mitiore hyeme & æstate nimbosa, sp quodam mō uernat uel autūat, Italiæ quoq; pribus iis q̄ a septētriōe descēdūt ad teporē, q̄lis ē urbis Cāpaniæ tract⁹ iuxta hyeme & æstate fulgurat, qđ oōi alio situ.

Fulgurū geoera & miracula. Ca.liii

FVlminum ipsorum plura geoera tradūt. Quę sicca ueniunt non adurunt, sed dissipant. Quæ humida nō urunt, sed infuscāt. Tertiū est quod clarum uocant mirificæ maxime naturæ, quo dolia exhauriuntur intactis operimentis, nulloq; alio uestigio relicto. Aurum & æs & argētū liquatur intus, sacculis ipsis nullo mō ambustis, ac ne confuso qdem signo ceræ. Martia priceps Romanorum icta grauida, partu exanimato, ipsa citra ullum aliud icōmodum uixit. In Catilianis ꝓdigiis Pōpeiāo ex mūicipio. M. Herenoius decurio serēo die fulmie ictus est.

De obseruationibus Ca.liiii.

THuscorū literæ nouē deos emittere fulmina existimant, eaq; esse undecim generum. Iouem .n. trina iaculari. Romani duo tamē ex iis seruauere, diurna attribuētes Ioui nocturna Sūmano. Rariora sane eadē de causa frigidioris cœli. Hetruria rumpe a terra quoq; arbitrat̄ q̄ ifera appellat, brumali tpe facta sæua maxime & execrabilia, cum sinc oīa quæ terrēa existimāt, nō illo generalia, nec a syderibus uenieotia, sed ex ꝓxima atq; turbidiore natura. Argumentū euidens est: q͞ oīa a supiore cœlo decidentia obliquos habeāt ictus, hæc autem q̄ uocantur terrēa rectos. Sed quia ex ꝓpriore materia cadunt, ideo credunt̄ e terra exire, quoniam ex repulsu nulla uestigia edant: cum sit illa ratio nō iferni ictus sed aduersi. Saturni ea a sydere ꝓficisci subtiliter ista cōsectari putant, sicut cremātia a Martis. Qualiter cum Vlciseinii oppidū Thuscorum opulētissimum totum cōcrematum est fulmine. Vocant & familiaria in tōtam uitam fatidica, q̄ pria fiunt. familiā suā cuiq; idepto. Cæteꝝ existimār nō ultra decē āños porrēdere priuata, ꝑterq̄ hæc q̄ matrimōio primo facta aut natali die. Publica nō ultra tricesimum annum, præter q̄ in deductione oppidorum.

De fulminibus euocandis. Ca.lv.

EXtat annaliū memoria sacris qbusdā & ꝓcationibus uel cogi fulmina uel impetrari. Vetus fama est Hetruriæ impetratū Vulsinis & urbe & agris depopulatis, subeunte monstro quod uocauere Oltam, euocatū & a Porsena suo rege, & ante eum a Numa sæpius hoc factitatum in prio annalium suorum tradit. L. Piso grauis auctor. Quod imitatū parū rite Tullum Hostiliū ictum fulmine. Lucosq; & aras & sacra habemus, inter quæstatores & Tonantes & Feretrios, Elicium quoq; accepimus Iouē. Varia in hoc uitę sentētia & ꝓ cuius libet animo. Impari naturę audacis est credere, nec minus labetis beneficiis abrogare uires, qm̄ in fulgurū quoq; interpretatiōe eo ꝓfecit sciētia, ut uētura alia finito die ꝓcinat, & an pemptura sint fatum, aut aptura poti⁹ alia fata q̄ latteant, inumerabilius io utroq; publicis priuatisq; experimentis. Quamobrem sin ista (ut rerum naturæ libuit) aliis certa, aliis dubia, aliis probata aliis damnanda. Nos cętera q̄ sunt ī his memorabilia non ommittemus.

Catholica fulgurum. Ca.lvi.

FVlgetrum prius cerni q̄ tonitrum auditi (cū simul fiant) certum est. Nec mirum qm̄ lux sonitu uelocior. Ictū aūt & sonitū cōgruere ita modulante natura. Sed sonitum profecti esse fulminis, nō illati, etiānum spiritū ociorem fulmine ideo quati prius omne & afflari q̄ percuti, nec quēq tāgi q prior uiderit fulmē, aut tōitrua audierit. Leua ꝓspera existimāt̄, qm̄ leua pte mūdi ortus ē. Nec tā aduēt⁹ spectat̄ q̄ redit⁹, siue ab ictu resiliat ignis, siue ope cōfecto aut igne consumpto spirit⁹ remeet. In .xvi. partes cœlum in eo respectu diuisere Tusci. Prima est e septētriōib⁹ ad æqnoctialem exortum. Secunda ad meridiē. Tertia ad æquinoctialem occasum. Quarta obtinet quod reliquum est, ab occasu ad septentriones. Has in quaternas iterum, diuisere partes, ex qbus octo ab exortu sinistras, totidem econtrario appellauere dextras Ex his maxime dira q̄ per septentriones occasum attingunt. Itaq; perplurimū refert unde uenerint fulmioa, & quo concesserint. Optimum est in exortiuas redire partes. Ideo cum a prima cœli parte uenerint, & in ean-

dem cōcesserint sūma fœlicitas portendiť. Quale Syllæ dictatori ostentū datū accipimus. Cætera ipsius mūdi portione minus ꝓspera aut dira. Quædā fulgura enūciare nō putāt fas nec audire præterq̄ si hospiti indicenť aut parēti. Magna obseruationis huius uanitas tacta iunonis æde, romæ dephensa est, Scauro cōsule qui mox princeps, noctu magis q̄ interdiu sine tonitribus fulgurat. Vnū animal hoīem non semper extinguit, cætera illico, hūc uidelicet natura tribuēte honorē, cum tot beluæ uiribus præstent. Oīa contrarias incubāt partes. hō nisi cōuertať ui percussus nō expirat. Superne icti concidunt. Vigilans ictus conniuentibus oculis dormiens patentibus reperitur. Hominē ita exanimatum cremari fas non est, condi terra religio tradidit. Nullum animal nisi exanimatū fulmine accenditur. Vulnera fulminatoꝝ frigidiora reliquo corpore sunt.

Quæ non feriantur fulmine. Cap. lvii.

EX iis q̄ terra gignunť lauri fruticē nō icit. Nō unq̄ altius qnq; pedibus descendit in terrā. Iō pauidi altiores specus tutissimos putant, aut tabernacula pellibus belluarum quas uitulos marinos appellant, quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat, sicut nec uolucribus aquilam, quæ ob hoc armiger huius tæli fingiť in italia, iter terracinā & ædem feroniæ, turres bellicis tēporibus desiere fieri, quia nōnullæ earum sunt fulmine dirutæ.

De prodigiosis pluuiis lacte & sanguine, carne, ferro, lana, lateribus coctis. Cap. lviii.

PRæter hæc inferiori cœlo relatū in monumēta est lacte & sanguine pluuisse. M. Atilio. C. Portio coss. Et sæpe alias carne, sicut. L. Volūnio Seruio Sulpitio coss. Exq; ea nō perputruisse quod nō diripuissent aues. Itē ferro in lucanis anno añq̄. M. Crassus a parthis interemptus ēt omnesq; cū eo Lucani milites, quoꝝ magnus nūerus in exercitu erat. Effigies quæ pluerat, spongiaꝝ fere similis fuit. Haruspices cauenda præmonuerūt. supna uulnera. L. aūt. Paulo. C. Marcello coss. lana pluuit circa castellū carissanū, iuxta quod post annū. T. Annius Milo occisus est. Eodem caussam dicente lateribus coctis pluuisse, in eius anni acta relatū est.

De crepitu armorum & tubarum de cœlo audito. Cap. lix.

ARmorū crepitus & tubæ sonitus auditus e cœlo cymbricis bellis accepimꝰ, crebroq; & prius & postea. Tertio uero consulatu Marii ab Amerinis & tudertibus spectata arma cœlestia ab ortu occasuq; inter se cōcurrentia, pulsis quæ ab occasu erāt. Ipsum ardere cœlū minime mirum est. Et sæpius uisum maiore ui ignis nubibus correptis. fieri

De lapidibus e cœlo cadentibus. Cap. lx.

CElebrāt græci Anaxagorā Clazomeniū olympiadis septuagesimæoctauæ secūdo anno ꝑdixisse cœlestiū litteraꝝ scientia, quibus diebus saxū casuꝝ esset e sole. Idq; factū interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen, Qui etiam lapis nūc ostendiť magnitudine uehiculi colore adusto, cometæ quoq; illis noctibus flagrāte, Quod si qs ꝑdictū credat, simul fateať necesse est maioris miraculi diuinitatē fuisse Anaxagoræ soluiq; rerū naturæ itellectū, & confundi oīa: Si aūt ipse sol lapis esse, aut unq̄ lapidē in eo fuisse credatur, decidere tamen crebro nō erit dubium. In apidi gymnasio ex ea caussa colitur hodieq; modicus quidā, sed quem in medio terrarum casurum idem Anaxagoras prædixisse narrať. Colitur & Casandriæ quæ poridea uocitata est ob id deducta. Ego ipse uidi in Vocontiorum agro paulo ante delatum.

De arcu cœlesti. Cap. lxi.

ARcus uocamus extra miraculū frequētes, & extra ostentū. Nam nec pluuios quidē aut serenos dies cum fide portendūt. Manifestū est radium solis īmissum cauæ nubi repulsa acie in solem refringi, coloꝝ uarietatē mixtura nubiū aeris igniūq; fieri. Certe nisi sole aduerso nō fiūt, nec unq̄ nisi dimidia circuli forma, nec noctu. Quanuis Aristoteles prodat aliquando uisum, qđ tñ fatetur idē non nisi tricesima luna posse. Fiūt aūt hyeme maxime ab æquinoctio autumnali die decrescēte. Quo rursus crescēte ab æquinoctio uerno nō existūt, nec circa solstitiū longissimis diebus, bruma uero hoc est breuissimis diebus frequēter. Idem sublimis humili sole humilesq; sublimi, & minores occidēte uel oriente, sed in latitudinē diffusi. Meridie exiles, uerū ambitus maioris. Aestate uero per meridiē nō cernunť. Post autūni æquinoctiū quacūq; hora, Nec unq̄ plures simul q̄ duo. Cætera eiusdem naturæ non multis dubia esse uideo.

De grandine, niue, pruina, nebula, rore. Cap. lxii.

GRandinē cōglaciato hymbre gigni, & niuem eodē humore mollius coacto. Pruinā autem ex rore gelido. Per hyemem niues cadere nō grandines, ipsasq; grandines interdiu sæpius

q̃ noctu,& multo celerius resolui q̃ niues.Nebulam nec æstate nec maximo frigore existere Rores neq; gelu,neq; ardoribus,neq; uentis,nec nisi serena nocte.Gelando liquorem minui,solutaq; glacie non eundem inueniri modum.

De nubium imaginibus.Cap.lxiii.

VArietas colorũ figuratuq; in nubibus cerni prout admixtus ignis superet aut uincatur.

De proprietatibus cœli in locis. Cap.lxiiii.

PRæterea quasdã proprietates cœli quibusdam locis esse.Roscidas æstate Africæ noctes, In Italia locris & lacu uelino nullo non die apparere arquus.Rhodi & Syracusis nunquam tãta nubila obduci,ut non aliqua hora sol cernatur,qualia aptius suis referẽtur in locis.Hæc sint dicta de aere.

De natura terræ.Cap.lxv.

SEquitur terra cui uni rerum naturæ partiũ.eximia pp merita cognomen indidimus maternę uenerationis.Sic hoĩum illa,ut cœlum dei quæ nos nascentes excipit,natos,alit, semelq; editos sustinet semper,nouissime cõplexa gremio iam a reliqua natura abdicatos,tum maxime ut mater operiens,nullo magis sacraméto q̃ quo nos quoq; sacros facit,etiam monumenta ac titulos gerens,noméq; ꝓrogans nostrũ,& memoriam extendens contra breuitatem æui.Cuius numen ultimũ iam nullis imꝓcamur,rati graue,tanq̃ nesciamus hanc esse solam,quæ nunq̃ irascat homini. Aquæ subeunt in hymbres,rigescũt in grãdines,tumescũt in fluctus,ꝓcipitant in torrẽtes.Aer densat nubibus,furit procellis.At hæc benigna,mitis,indulgensq;,ususq; mortaliũ semꝑ ãcilla q̃ coacta generat,q̃ spõte fũdit,quos odores saporesq;quos succos;quos tactus;quos colores;bõa fide creditum reddit fœnus, quæ nostri causa alit;Pestifera enim aĩantia uitali spiritu habente culpã necesse est illi seminata excipere & genita sustinere.Sed in malis generantiũ noxa est.Illa serpenté hoĩe percusso non recipit amplius,pœnasq; etiã inertiũ nomine exigit.Illa medicas fundit herbas,& semꝑ hoĩ parturit.Quin & uenena nostri miserta instituisse credi potest, ne in tedio uitę diræ famis mors,terrę meritis alienissima lenta nos cõsumeret tabe,ne lacerũ corp9 abrupta disꝑgerent,ne laquei torqueret pœna ꝓpostera,incluso spiritu cui q̃reretur exitus,ne in ꝓfundo q̃sita morte sepultura pabulo fieret,ne ferri cruciat9 scinderet corp9.Ita est miserta,genuit id,cuius facillimo haustu illibato corꝑe & cũ toto sanguĩe extinguerẽmur,nullo labore sitiẽbus similes.Quo taliter defunctos nõ uolucres,nõ feræ attingerẽt terręq; seruaret q̃ sibiipsi periisset. Et ut uerũ fateamur terra nobis maloꝝ remediũ genuit,nos illud uitæ fecimus uenenũ. Nos.n. & ferro quo carere nõ possum9 simili modo utimur.Nec tamé q̃reremur merito , etiam si maleficii caussa attulisset. Aduersus unam qppe naturæ partẽ ingrati sumus,q̃ñ q̃ non ad delitias quaq; nõ ad cõtumelias seruiat hoi.In materia iacit,ut freta admittamus ✠eluit aquis,ferro, ligno, igne,lapide,fruge,oĩbus cruciat horis,multoq; plus ut delitias q̃ ut aliméris nrís famulet.Illa tamen q̃ sũma patiat,atq; extrema cute tolerabilia uideant.Penetramus in uiscera.auri argentiq; uenas,& æris ac plũbi metalla fodiẽtes.Gẽmas etiam & quosdã paruulos q̃rimus lapides scrobibus in profundũ actis.Viscera eius extrahimus,ut digito gestet gemma quã petimus. Quot manus atteruntur,ut unus niteat articulus.Si ulli essent inferi,iam ꝑfecto illos auaritiæ atq; luxuriæ cuniculi refodissent.Et miramur si eadé ad noxã genuit aliqua.Feræ.n.credo custodiũt illam,arcentq; sacrilegas manus.Nõne inter serpẽtes fodimus,& uenas auri tractamus cũ ueneni radicibus;Placatiore tñ dea utimur ob hoc,q̃ oẽs hi opulẽtiæ exitus ad scelera cędesq; & bella tendũt, queq; sanguine nostro irrigamus,in sepultis ossibus tegimus.Quibus tamẽ uelut exprobrato furore tandem ipsa se obducit,& scelera quoq; mortalium occultat,inter crimina ingrati animi,& hoc dixerim q; naturam eius ignoramus.

✠ Eruitur

De forma terræ.Cap.lxvi.

EST autem figura prima de qua cõsensus iudicat. Orbem certe dicimus terræ globum,quem uerticibus includi fatemur.Neq; enim absoluti orbis est forma in tanta montium excelsitate,tanta camporũ planicie,sed cuius amplexus si cuncta linearũ compræhẽdantur ambitu, figurã absoluti orbis efficiat,id quod ipsa rerũ naturæ cogit ratio,nõ eisdem caussis quas attulimus in cœlo.Nãq; in illo caua in se cõuexitas uergit,& cardini suo,hoc est,terrę undiq; incũbit. Hæc ut solida atq; cõferta assurgit intumescenti similis extraq; protendit. Mundus in centrũ uergit. At terra exit a centro,immensum eius globum in formam orbis assidua circa eam mundi uolubilitate cogente

De antipodibus an sint.Cap.lxvii.

INgens hic pugna litterarū cōtraq; uulgi opinionē circūfundi terræ hoīes undiq; cōuersisq; inter se pedibus stare,& cūctis similē esse cœli uerticem,ac simili modo ex quacūq; parte mediam calcari.Illo quærente cur non decidant contra siti,tanquam non & ratio præsto sit,ut nos non decidere mirentur illi.Interuenit sententia quanuis indocili probabilis turbæ inæquali globo,& si sit figura pineæ lucis nihilominus terrā undiq; īcoli.Sed quid hoc refert alio miraculo exoriente:pēdere ipsam ac non cadere nobiscū ceu spiritus uis mundo ꝑsertim īclusi dubium sit,an possit cadere natura repugnāte,& quo cadat negante.Nā sicut ignium sedes non est nisi in ignibus,aquarū nisi in aquis,spūs nisi in spiritu,ita terræ arcentibus cūctis nisi in se locus nō est. Globū tn̄ effici mirū est in tanta planicie maris cāporūq;.Cui sentētiæ adest Dicæarchus uir in p̄mis eruditus,regum cura ꝑmensus montes,ex quibus altissimū prodidit Pelion.M.ccl.p.rōne ꝑpēdiculi nullā esse eā portionē uniuersæ rotūditatis colligēs.Mihi incerta hæc cōiectatio uī.Haud ignoro quosdā alpiū uertices,longo tractu,nec breuiore quinq̄ginta milibus passuū assurgere.Sed uulgo maxīa hæc pugna est,si coactā in uerticē aquarū quoq; figurā credere cogaṫ.Atqui nō aliud in rerū natura aspectu manifestius.Nāq; dependentes ubiq; guttæ puis globanṫ orbib⁹. Et pulueri illatæ frondiūq; lanugini impositæ absoluta rotūditate cernunṫ,Et in poculis repletis media maxīe tumēt.Quapp subtilitate humoris mollitiaq; ī se residēte,rōne facilius q̄ uisu dep̄hendūt.Idq; etiā magis mirū in poculis repletis addito humore minimo circūfluere,qđ supersit.Cōtra euenire ponderibus additis ad uicenos sæpe denarios.Scilicet quia intus recepta liquorē in uerticem attollant,ut cumulo eminēte infusa dilabanṫ.Eadem est causa propter quā e nauibus terra non cernaṫ,e nauiū malis cōspicua.At procul recedente nauigio,si quid qđ fulgeat religeṫ in mali cacumine paulatim descēdere uideaṫ,& postremo occulteṫ.Deniq; oceanus quē fatemur ultimū,qua nō alia figura cohæreret atq; nō decideret,nullo ultra margine icludente,ipsum id ad miraculū redit,quo nā modo:etiā si globeṫ extremū nō decidat mare.Contra quod ut sint plana maria,& qua uidenṫ figura non posse id accidere magno sui gaudio magnaq; gloria inuētores græci docēt subtilitate geometrica.Nāq; cū e sublimi in īferiora aquæ ferantur,& sit hæc natura earū cōcessa,nec quisq̄ dubitet in littore ullo accessisse eas q̄ lōgissime deuexitas passa sit,ꝓculdubio apparere quo qđ humilius sit propius centro esse terræ,oēsq; lineas quæ emittātur ex eo ad p̄rimas aquas breuiores fieri q̄ q̄ ad extremū mare a primis aquis.Ergo totas omniq; ex parte aquas uergere in centrū,ideoq; nō decidere,quoniā in īteriora nitanṫ.Quod quidem & ita formasse artifex natura credi debet,ut cū terra arida & sicca cōstare p se ac sine humore nō posset,nec rursus stare aqua nisi sustinēte terrā mutuo amplexu iungerenṫ,hac sinus pandente illa uero ꝑmanente totā,intra,extra,supra,uenis ut uinculis discurrētibus,atq; etiā in sūmis iugis erūpente.Quo spū acta & terræ pōdere expressa siphonū modo emicat,tantūq; a periculo decidēdi abest,ut in summa queq; & altissima exiliat.Qua ratione manifestum est quare tot fluminum quotidiano accessu maria non crescant.

Quomodo aqua sit terræ innexa.Cap.lxviii.

ESt igitur in toto suo globo tellus medio ambitu præcincta circunfluo mari,nec argumentis hoc inuestigandum,sed iam experimentis cognitum.

De nauigatione maris & fluminum.Cap.lxix.

A Gadibus colūnisq; Herculis Hispaniæ & Galliarū circuitu totus hodie nauigaṫ occidens. Septētrionalis uero oceanus maiore ex parte nauigatus est auspiciis diui Augusti Germaniā classe circūuecta ad cymbrorū promontoriū,& inde imenso mari prospecto,aut fama cognito,ad Scythicam plagam & humore nimio rigentia.Propter quod minime uerisimile est illic maria deficere,ubi uis humoris supet.Iuxta uero ab ortu ex indico mari,sub eodē sydere pars tota uergēs ī Caspiū mare ꝑnauigata est Macedonū armis.Seleucho atq; Antiocho regnātibus,q̄ seleuchida atq; antiochida ab ipsis appellari uoluere. Circa Caspiū quoq; multa oceani littora explorata,ꝑuoq; breuius q̄ totus hinc aut hinc septētrio eremigatus. Vt tamē cōiecturæ locum sit quoq; non relinquā ingens argumentū paludis mæoticæ,siue ea illius oceani sinus est,ut multos aduerto credidisse,siue angusto situ discreti restagnatio.Alio latere Gadiū ab eodē occidēte magna ps meridiani sinus ambitu Mauritāiæ nauigaṫ hodie.Maiorē quidē eius partē & oriētis uictoriæ magni Alexādri lustrauēre usq; in Arabicū sinū.In quo res gerente.C.Cęsare Augusti filio,signa nauiū ex hispaniēsib⁹ naufragiis ferūṫ agnita.Et Hāno Carthagis potētia florēte circū

uectus a gadibus ad finē Arabiæ nauigationē eā ꝑdidit scripto. Sicut ad extera europæ noscēda missus eodē tpe Himilco. Præterea Nepos Cornelius auctor est, Eudoxū quēdam sua ætate cum Lathvrū regē fugeret Arabico sinu egressum gades usq; peruectū. Multoq; ante eum Cælius Antipater uidisse se qui nauigasset ex Hispania in æthiopiā cōmercii gratia. Idem Nepos de septemtrionali circuitu tradit. Qu. Metello Celeri. C. Africani in consulatu collegæ, sed tū galliæ pconsuli Indos a rege sueuoꝝ dono datos, qui ex india cōmercii caussa nauigātes tēpestatib⁹ essent in Germaniā abrepti. Sic maria circūfusa undiq; diuiduo globo ptem orbis auferūt nobis, nec inde huc, nec hinc illo puo tractu. Quæ contēplatio apta detegēdæ mortaliū uanitati poscere uidet ut totū hoc quicqd est in quo singulis nihil satis est ceu subiectū oculis quantum sit ostendam.

Quæ portio terræ habitetur. Cap. lxx.

Iam primū in dimidio cōputari mihi uidetur, tanquā nulla portio ipsi decedat oceano, qui toto circundatus medio, & oēs cæteras fundens recipiensq; aquas, & quicquid exit in nubes ac sydera ipsa tot & tantæ magnitudinis pascēs. Quo tandē amplitudinis spacio terra creditur habitari. Improba & infinita debet esse tā uastæ molis possessio. Adde q ex relicto spacio plus abstulit cœlū. Naꝫ cum sint eius qnq; ptes quas uocant zonas, infesto rigore & æterno premitur gelu oē, quicqd est subiectū duabus extremis. Vtrinq; circa uertices hūc qui septētrion uocaẜ eū q; qui aduersus illi austerinus appellaẜ. Perpetua caligo utrobiq; & alliena molliorū syderum aspectu maligna ac pruina tm̄ albicās. Lux uero media terrarū qua solis orbita est exusta flammis & cremata, quo minus uapore torretur. Circa quā duæ tantū inter se exustā & rigentes temperantur. Hæq; ipse inter se non peruiæ propter incendiū syderis. Ita terræ tres partes abstulit cœlum Oceani rapina in incerto est. Sed & relicta nobis una portio haud scio an etiā in maiore damno sit. Idem siquidē oceanus infusus in multos (ut dicemus) sinus, adeo uicino accessu iterna maria allatrat, ut centū quindeci milib⁹ passuū Arabicus sinus distet ab ægypto mari. Caspios uero. ccclxxv. milibus a pontico. Idē interfusus intrat p tot maria, qbus Africā, Europā, Asiāq; dispertit. Quantū terraꝝ occupet cōputeẜ etiam nunc mēsura tot fluminum tantarum paludiū. Addantur & lacos & stagna. Iam elata in cœlum, & ardua aspectu quoq; iuga. Iam siluæ uallesq; ꝑruptæ & solitudines & mille caussis deserta detrahanẜ. Hæ tot portiones terræ, imo uero (ut plures tradidere) mūdi pūctus, neq; enim est aliud terra oniuersa, hæc est materia gloriæ nr̄æ, hæc sedes, hic honores gerimus, hic exercemo⁹ imperia, hic opes cupimus, hic tumultuaẜ hūanū genus, hic instauram⁹ bella ēt ciuilia, mutuis cædib⁹ laxiorē facim⁹ terrā. Et ut publicos gentiū furores trāseā, hæc in q cō terminos pellimus, furtoq; uicini cespitem nostro solo assodimus, ut qui latissime rura metatus fuerit, ultraq; fines exegerit accolas quota terrarum parte gaudeat, uel cum ad mensuram auaritiæ suæ propagauerit, quam tandem portionem defunctus eius obtineat.

Mediam esse mundi terram. Cap. lxxi.

Mediam esse mūdi totius terrā haud dubiis cōstat argumētis, sed clarissime æquinoctii paribus horis. Nā si in medio nō esset, æquales dies noctesq; habere nō posse dephenderent. Et Dioptræ, quæ uel maxime id cōfirmant, cū æquinoctiali tempore ex eadem linea ort⁹ occasusq; cernatur, & solstitialis exortus per suam lineam brumalisq; occasus. Quæ accidere nullo modo possent, nisi in centro sita esset.

De sydeꝝ inæqualitate & de Eclipsi, & ubi & quare. Cap. lxxii.

Tres aūt circuli supradictis zonis implexi inæqualitates tempoꝝ distinguūt. Solstitialis a parte signiferi excelsissima nobis ad septētrionalē plagam uersus. Cōtraq; ad alium polum brumalis. Item medio ambitu signiferi orbis incedēs æqnoctialis. Reliquoꝝ q miramur caussa in ipsius terræ figura est, quā globo similē, & cum ea aquas iisdem intelligiẜ argumentis. Sic enim fit haud dubie, ut nobis septētrionalis plagæ sydera nunq occidāt, cōtra meridianæ nunq oriantur. Rursusq; hæc ab illis nō cernanẜ attollēte se cōtra medios oisus terraꝝ globo. Septentriones nō cernit troglodytice & confinis ægyptus. Nec Canopū italia, & quā uocāt Beronices crinē. Itē quā sub diuo Augusto cognoiauere cæsaris thronon insignis ibi stella, adeo manifesto assurgens fastigio incuruaẜ, ut canop⁹ quartā fere ptem signi unius supra terrā eminere Alexandriæ intuētib⁹ uideaẜ. Eadē a Rhodo terrā quodāmodo ipsam stringere. In ponto oino non cernaẜ, ubi maxime sublimis septētrio. Idē a rhodo abscōdiẜ, magisq; Alexādriæ. In Arabia nouēbri mēse pria uigilia occultus, secūda se ostēdit. In meroe solstitio uesperi paulisp apparet, paucisq; ante exortū arcturi

diebus pariter cū die cerni͛. Nauigātiū hæc maxime curſus dephendūr, in alia aduerſo, in alia ꝓ no'mari, ſubitoq; cōſpicuis atq; ut e freto emergētib⁹, q̄ in anfractu pilæ latuere ſyderibus. Neq; enim (ut dixere aliq) mūdus hic polo excelſiore ſe attollit, ut undiq; nō cernant͛ hæc ſydera. Veꝝ hæc eadē quibuſq; ꝓximis ſublimiora credunt͛, eadēq; demerſa lōginquis. Vtq; nunc ſublimis in deiectu poſitis uſ hic uertex, ſic in illam terræ deuexitatē trāſgreſſis illa ſe attolunt reſidentibus, quæ hic excelſa fuerant, qđ niſi in figura pili accidere nō poſſet. Ideoq; defectus ſolis ac lunæ ueſpertinos oriētis incolæ nō ſentiunt, nec matutinos ad occaſum habitātes, meredianos uero ſæpius. Nobili apud Arabiā magni Alexādri uictoria luna defeciſſe noctis ſecunda hora ꝓdita eſt. Ea demq; in Sicilia exoriens. Solis defectū Vipſano & Fōteio coſſ. qui fuere ante paucos annos, factū pridie Kalen. Maias. Campania hora diei inter ſeptimā & octauam ſenſit. Corbulo dux in Armenia inter horā diei decimā & undecimā ꝑdidit uiſum circuitu globi alia aliis detegente & occultante. Quod ſi plana eſſet terra ſimul oīa apparerent cūctis, noctesq; nō fierēt inæq̄les, neq; aliis q̄ in medio ſitis paria duodecim horarum interualla cernerent͛, quæ nunc non in omni parte ſimili modo congruunt.

Quæ ratio diurnæ lucis in terris. Cap. lxxiii.

IDeo ne nox dieſq; q̄uis eadē toto orbe ſimul eſt, oppoſitu globi noctem aut ambitu diem afferēte. Multis hoc cognitū experimētis. In Africa Hiſpaniaq; turriū Hānibalis. In Aſia uero ꝓpter piraticos terrores ſimili ſpecularū præſidio excitato, in quis prænunciatos ignes ſexta hora diei accenſos ſæpe compertum eſt, tertia noctis a tergo ultimis uiſos. Eiuſdem Alexandri curſor Philonides ex Sycione ad Elin mille & ducēta ſtadia nouem diei cōfecit horis. Indeq; q̄uis decliui itinere tertia noctis hora remēſus eſt ſæpius. Cauſa q; eunti cū ſole iter erat, eundemq; remeās obuiū cōtrario ꝑterebat occurſu. Qua de cauſa ad occaſum nauigātes, q̄uis breuiſſimo die uincunt ſpacia nocturnæ nauigationis ut ſolem ipſum comitantes.

Gnomica de eadem re & horologio primo. Cap. lxxiiii.

VAſaq; horoſcopa non ubiq; eidē ſunt uſui, trecētis ſtadiis aut longiſſime etiam quingentis mutātibus ſemet umbris. Solis itaq; umbilici quē Gnomonē appellāt umbra in ęgypto meridiano tempore æquinoctii die paulo plus q̄ dimidiā Gnomonis menſurā efficit. In urbe Roma pars Gnomonis deeſt umbræ. In oppido Ancona ſupereſt quinta .xxx. In parte italiæ quæ Venetia appellatur, eiſdem horis umbra Gnomonis par fit.

Vbi & quando nullæ umbræ. Cap. lxxv.

SImili modo tradunt in Syene oppido, quod eſt ſupra Alexandriā quinq; milibus ſtadioꝝ ſolſtitii die medio nullā umbrā iaci, puteūq; eius experimenti gratia factū, totum illuminari. Ex quo apparere ſolem illi loco ſupra uerticem eſſe, quod etiam in india ſupra flumen Hyſpaſin fieri tempore eodem Oneſicritus ſcripſit. Conſtatq; in Berenice urbe Troglodytarum, & inde ſtadiis quattuor milibus octigentis .xx. eadem gente in Ptolemaide oppido, qđ in margine rubri maris ad primos elephantoꝝ uenatus conditū eſt. Hoc idē ante ſolſtitiū quadragenis quinis diebus totidēq; poſtea fieri, & per eos nonaginta dies in meridiē umbra iaci. Rurſus in meroe inſula quæ eſt caput gentis æthiopū quinq; milibus ſtadiorum, & Syene in amne Nilo habitat͛ bis anno abſumi umbras ſole duodeuiceſimam tauri partem & quartadecimam leonis obtinente. In india gente Oretū, mons eſt Maleus noīe, iuxta quē umbræ æſtate in Auſtrū, hyeme ad ſeptentrionē iaciunt͛. Quindecim tātū noctibus ibi apparet ſeptētrio. In eadem india patalis celeberrimo portu ſol dexter oritur. Vmbrę in meridiem cadunt. Septentrionē ibi Alexandro morante annotatum prima tm̄ noctis parte aſpici Oneſicritus dux eius ſcripſit. Quibus in locis in die umbræ non ſint ſeptentrionem non conſpici, & ea loca appellari Aſcia, nec horas dinumerari ibi.

Vbi bis anno umbræ, & ubi in contrarium. Ca. lxxvi.

ET in tota troglodytice umbras bis quadragintaquinq; diebus in anno Eratoſthenes in cōtrarium cadere prodidit.

Vbi longiſſimus dies, & ubi breuiſſimus. Cap. lxxvii.

SIc fit, ut uario lucis incremēto, in Meroe lōgiſſimus dies .xii. horas æquinoctiales, & octo partes unius horæ colligat. Alexander uero .xiiii. horas. In italia .xv. In Britānia .xvii. ubi æſtate lucidæ noctes haud dubie repromittunt id qđ cogit ratio credi. Solſtitialibus diebus accedēte ſole propius uerticē mundi, anguſto lucis ambitu *ſubiecta terræ continuos dies haberi ſenis mēſibus, noctesq; diuerſo ad brumā remoto. Quod fieri in iſula Tyle Pythias Maſſilieſis ſcripſit,

*Subiectæ uel ſubiecta terra

sex dierũ nauigatione in septentrionẽ a Británia distante. Quidam uero in Noma,q̃ distat a Camalduno Britániæ oppido circiter ducentis milibus affirmat.

Item de horologio. Cap. lxxviii.

VMbrarum hanc rõnem,& quam uocant gnomonicem inuenit Anaximenes Milesius, Anaximandri, de quo diximus & Thaletis discipulus, primusq; horologiũ quod appellant Sciotericon, Lacedæmone ostendit.

Quomodo dies obseruentur. Cap. lxxix.

IPsum diem alii aliter obseruauere. Babilonii inter duos solis exortus. Athenienses inter duos occasus. Vmbri a meridie in meridiem. Vulgus omne a luce ad tenebras. Sacerdotes Romani & qui diem diffiniere ciuilem. Itẽ ægyptii & Hipparchus a media nocte in mediã. Minora aũt interualla esse lucis inter ortus solis iuxta solstitia,q̃ æquinoctia apparet. Quia positio signiferi circa media sui obliquior est, iuxta solstitium uero rectior.

Differentiæ gentium & ratio. Cap. lxxx.

COntexenda sunt his cœlestibus nexa causis. Nanq; æthiopas uicini syderis uapore torreri adustisq; similes gigni, barba & capillo uibrato nõ est dubiũ. Et aduersa plaga mundi atq; glaciali, candida cute esse gẽtes, flauis pmissas crinib⁹. Truces uero ex cœli rigore has, & illas mobilitate habẽtes. Ipsorũq; criniũ argumẽto, illis in supera succũ reuocari, natura uaporis. His in inferas partes depelli humore deciduo. Hic graues feras, illic uarias effigies animalium pnenire & maxime alitum, & in multas figuras gigni uolucres. Corporũ aũt proceritatem utrobiq;, illic igniũ nisu, hic humoris alimento. Medio uero terræ salubris utrinq; mixtura, fertilis ad omnia tractus, modicus corporũ habitus. Magna & in colore temperies. Ritus molles, sensus liquidus, ingenia fœcũda, totiusq; naturæ capacia. Iisdem imperia quæ nunq̃ extimis gentibus fuerit sicut ne illæ quidem his paruerint auulsæ ac pro immanitate naturæ urgentis illas solitariæ.

De motu terræ. Cap. lxxxi.

BAbyloniorũ placita motus terræ, hiatusq;, cætera omnia, ut syderum existimant fieri. Sed illorũ triũ quibus fulmina assignant. Fieri aũt hæc meantium cum sole aut congruentiũ & maxime circa quadrata mundi. Præclara quædã esse & immortalis in eo (si credimus) diuinitas phibet, Anaximandro Milesio physico, quẽ ferũt lacedæmoniis pdixisse, ut urbẽ ac tecta custodirent. Instare enim motũ terræ. Et tum urbs tota eorũ corruit. Et Taygeti mõtis magna pars ad formã puppis eminens abrupta cladẽ insuper eam ruina pressit. Perhibet & pherecydis Pythagoræ doctoris alia cõiectatio, sed & illa diuina. Haustu aquæ e puteo psensisse ac pdixisse ibi terræmotũ. Quæ si uera sunt, quantũ a deo tandem uideri possunt tales distare dũ uiuãt? Et hæc quidem arbitrio cuiusq; existimãda relinquantur. Ventos in causa esse nõ dubiũ reor. Neq; enim unq̃ intremiscũt terræ nisi sopito mari, cœloq; adeo trãquillo, ut uolatus auiũ nõ pendeãt, subtracto omni spiritu q uehit; nec unq̃ nisi post uentos cõditos. S. in uenas & cauernas eius occulto afflatu. Neq; aliud est in terra tremor q̃ in nube tonitruũ. Nec hiatus aliud q̃ cum fulmen erũpit incluso spiritu luctante, & ad libertatẽ exire nitente.

De terræ hiatibus. Ca. lxxxii

VArie itaq; quatit, & mira edunt opera, alibi pstratis mœnibus, alibi hiatu profundo haustis, alibi egestis molibus, alibi emissis amnibus, nõnunq̃ etiã ignibus calidis ue fontibus, alibi auerso fluminũ cursu. Præcedit uero comitaturq; terribilis sonus, alias murmur similius mugitibus, aut clamori hũano, armorũue pulsantiũ fragori, pro qualitate materiæ excipientis, formaq; uel cauernarũ uel cuniculi, p quẽ meat exilius grassante in angusto, eodem rauco, in recuruis resultante, in duris feruente, in humidis fluctuãte & stagnantibus. Item feruente contra solida. Itaq; & sine motu sæpe edit sonus nec simplici modo quatit unq̃, sed tremit uibratq;. Hiatus uero alias remanet ostendens q̃ sorbuit, alias occultat ore cõpresso. Rursusq; ita inducto solo, ut nulla uestigia extent, urbibus plærũq; deuoratis, agrorũq; tractu hausto. Maritima aũt maxime quatiunt, nec mõtosa tali mõ carent. Exploratũ est mihi alpes apœninas sæpius tremuisse. Et autũno ac uere terræ crebius mouent, sicut fiunt fulmina. Ideo Galliæ, & ægyptus minime quatiunt, quoniã hic æstatis causa obstat: illic hyemis. Item noctu sæpius q̃ interdiu. Maximi autem futuri signa motus existunt, hi matutini uespertiniq;, sed propinqua luce crebri. Interdiu autem circa meridiem fiunt, & solis lunæq; defectu, quoniam tempestates tũc sopiuntur. Præcipue uero cũ sequitur hymbrem æstus hymbresue æstum.

Signa motus futuri.Cap.lxxxiii.

NAuigantes uero sentiũt nõ dubia cõiectura,sine flatu intumescente fluctu subito,aut quatiente ícti.Intremũt uero & in nauibus posita æque q̃ in ædificiis crepituq; prænunciant. Quin & uolucres non ípauide sedent.Est & in cœlo signũ p̃ceditq; motu futuro,aut interdiu,aut paulopost occasum sereno,ceu tenuis lineæ nubis in longum porrectæ spacium.Est & in puteis turbidior aqua,nec sine odoris tedio.

Auxilia contra motus futuros.Cap.lxxxiiii.

SIcut & iisdem est remedium,quale eloacæ & crebri specus præbent.Pręconceptũ.n.spiritum exhalant,quod in certis notatur oppidis,quę minus quatiunť crebris ad purgandã eluuiem cuniculis cauata.Multoq; sunt tutiora in iisdem illis quæ pendẽt,sicut Neapoli in italia intelligiť eius parte,quæ solida est ad tales casus obnoxia.Tutissimi sunt ædificiorum fornices,anguli quoq; parietũ,pontesq; alterno pulsu renitẽte.Et latere terreno facti parietes minore noxa quatiunť.Magna differentia est & in ipso genere motus.Pluribus siquidem modis quatiť.Tutissimũ est cũ uibrat crispante ædificioꝝ crepitu,& cum intumescit assurgens,alternoq; motu residet innoxiũ,& cũ cõcurrẽtia tecta cõtrario ictu arietant,quoniã alter motus alteri renititur.Vndantis inclinatio,& fluctus more quædam uolutatio infesta est,aut cum in unam partem totus se motus impellit.Desinũt aũt tremores cum uentus emersit.Sin uero durauere,non ante quadraginta dies sistunť.Plærunq; & tardius,utpote cum quidam annuo & biennii spacio durauerint.

Portenta terrarum semel uisa.Cap.lxxxv.

FActum est & hoc semel,quod equidẽ in Hetruscæ disciplinæ uoluminibus inueni,ingens terrarum portentum.L.Martio.Sex.Iulio coss.in agro Mutinẽsi.Nanq; mõtes duo inter se concurrerunt,crepitu maximo assultantes recedentesq;.Inter eos flamma fumoq; in cœlum exeunte interdiu spectãte e uia emilia magna equitum romanorum familiarumq; & uiatorum multitudine,Eo cõcursu uillæ oẽs elisæ.Animalia permulta q̃ intra fuerant exanimata sunt anno añ sociale bellum quod haud scio an funestius ipsi terræ italiæ fuerit q̃ ciuile Non minus mirũ ostẽtum & nostra cognouit ætas,anno Neronis principis sup̃mo.sicut in rebus eius exposuimus prateis oleisq; intercedente uia publica in cõtrarias sedes trãsgressis in agro Marrucino p̃diis Vectii Marcelli equitis Romani res Neronis procurãtis.

Miracula terræmotus.Capi.lxxxvi.

FIunt simul cum terræmotu & inundationes maris eodẽ uidelicet spũ infusi,aut residentis sinu recepti.Maximus terræ memoria mortaliũ extitit motus Tiberii cæsaris principatu.xii. urbibus Asiæ una nocte prostratis Creberrimus punico bello intra eundem annum septies atq; quinquagies nunciatus romam. Quo quidem anno ad Trasimenum lacũ dimicantes maximum motum neq; pœni sensere nec Romani.Nec uero simplex malũ,aut in ipso tãtum motu periculum est.Sed par aut maius ostentum nunq̃ urbs roma tremuit ut non futuri euentus alicuius id prænuncium esset.

Quibus locis maria recesserint.Cap.lxxxvii.

EAdem nascentium causa terraꝝ est,cum idẽ ille spiritus attollẽdo potẽs solo non ualet erũpere.Nascunť enim nec fluminũ tm̃ inuectu,sicut Acchinades insulæ ab Acheloo amne cõuectæ,maiorq; pars ægypti a Nilo.In quam a Pharo insula noctis & diei cursum fuisse Homero credimus.Nec recessu maris sicut idem circeis,Quod accidisse & in Ambraciæ portu x.M.pas.interuallo,& Atheniensium quinq; milium ad Piręũ memorať.Et Ephesi ubi quondam ædem Dianę alluebat.Herodoto quidẽ si credimus mare fuit supra Memphim usq; ad ęthiopum mõtes.Itẽq; a planis Arabiæ mare circa iliũ,& tota Teuthrania quaq; cãpos intulerit męander.

Ratio insularum enascentium.Capi.lxxxviii.

NAscuntur & alio modo terrę,ac repente in aliquo mari emergunt,uelut paria secum faciente natura,quęq; hauserit hiatus,alio loco reddente.

Quę & quibus temporibus enatę sunt.Cap.lxxxix.

CLarę iampridẽ insulę,Delos & Rhodos memorię produnť enatę. Postea minores ultra Melo,Anaphe,inter lẽnũ & Hellespõtũ Nea,iter Lebedũ & Theon alone,iter Cycladas olympiadis.cxxxv.anno quarto,Thera & Therasia.Inter easdem post annos.cxxx.Hiera eademq; automate.Et ab ea duobus stadiis post annos.cx.in nostro ęuo.M.Iunio Syllano &.L.Balbo coss.ad.viii.idus Iuli Thia.

Quas terras interruperint maria. Cap. xc.

ANte nos & iuxta italiam inter Aeolias insulas, itē iuxta Cretā emersit e mari mille quingentum pas. una cum calidis fontibus altera, olympiadis. cxliiii. anno tertio. In Thusco sinu flagrans hæc uiolētu cū flatu. Prodit quoq; memoriæ magnā circa illam multitudinem pisci um fluitantem confestim expirasse, quibus ex his cibus fuisset. Sic & Pythecusas in campano sinu ferunt ortas. Mox in his montem Epopon cum repente flamma ex eo emicuisset campestri æquarū planicie. In eadem & oppidū haustū profundo, alioq; motu terræ statiuā emersisse. Et alio prouolutis mōtibus insulā extitisse prochytā. Nāq; & hoc mō insulas rerū natura fecit. Auellit siciliā italiæ. Cyprū syriæ, Eubœā Boetiæ, eubœæ Atlantē & macriā, Belbicū bithyniæ, Leucosiam syrenum promontorio.

Quæ insulæ continenti adiunctæ. Cap. xci.

RVrsus abstulit īsulas mari iūxitq; terris. Antissam Lesbo. zephiriū halicarnasso, ethusam mindo, domiston & Prienen mileto, arthemisiā parthenio promontorio, hybanda quondā insula Ioniæ. cc. nūc a mari abest stadiis. Syriten Ephesus in mediterranea habet. Derasidas & Sophuniā uicinam ei. Magnesia Epidaurus & Oricon insulæ esse desierunt.

Quæ terræ motu mari permutatæ. Cap. xcii.

IN totum abstulit terras primū oīum ubi Atlanticum mare est (si Platoni credimus) in medio spacio. Mox interno, q̄ uidemus hodie, mersam Acarnaniā ambracio sinu, Achaiā Corintho, Europā Asiamq; propontide & Ponto. Ad hoc perrupit mare Leucada, Antirrhium Hellespontum, Bosporos duos.

Quæ terræ ipsæ se sorbuerunt. Cap. xciii.

ATq; ut sinus & stagna prætercam ipsa se cōdens terra deuorauit. Cybotū altissimum montem cum oppido Curite, Syphilū in Magnesia, Et prius in eodem loco clarissimā urbem q̄ Tantalis nocabat. Galanis & Gamales urbiū in phœnice agros & cū ipsis Phegium æthiopiæ iugum excelsissimum. tanquam non infida grassarentur & littora.

Quæ urbes haustæ fiut a mare. Cap. xciiii.

PYrrham & Antissam circa Mæotin pontus abstulit. Elicen & Butam sinus Corinthius, quarum in alto uestigia apparent. Ex insula Cea amplius. xxx. M. pas. abrupta subito cum pluri mis mortaliū rapuit. Et in Sicilia dimidiam Tyndarida urbem, ac quicqd ab italia decst. Similiter in Bœotia & Eleusina.

De Piaculis. Cap. xcv.

MOrus enimuero terræ silcanť & quicqd est, ubi saltē Busta urbium extant. Simul ut terræ miracula potius dicamus q̄ scelera naturæ. Et hercule nōn cœlestia enarratu difficiliora fuerint. Metallorū opulētia tam naria, tam diues, tam fœcūda tot seculis suboriens, cū tātū quotidie orbe toto populenť ignes, ruinę, naufragia, bella, fraudes, tm̄ uero luxuria & tot mortales cōterant. Gēmarū pictura tam multiplex. Lapidū tam discolores maculæ. Interq; eos cādor alicuius præter lucē oīa excludens. Medicatorū fontiū uis. Ignium tot locis emicantium, ppetua tot seculis incendia. Spūs letales alibi, aut scrobibus emissi, aut in ipso loci situ mortiferi. Alibi uolucribus tm̄, ut soracte uicino urbi tractu. Alibi præter hoiem cæteris aīantibus, nonnunq̄ & hoi, ut in Sinuessano agro & puteolano sunt, q̄ Spiracula alii uocant, alii Charoneas scrobes, mortiferū spm̄ exhalantes. Itē in Hirpinis ansancti ac Mephthiis cundē locū, quem qui intrauere moriunť. Simili modo Hierapoli in Asia matris magnę tantum sacerdoti innoxiū. Alibi fatidici specus. quorū exhalatione temulenti futura pcinūt, ut delphis nobilissimo oraculo. Quibus in reb⁹ quid possit aliud causæ afferre mortaliū quispiā, q̄ diffusę p omne naturæ subinde aliter atq; aliter numen erumpens

De terris semper trementibus. Ca. xcvi.

q Vædam uero terrę ad ingressus tremunt, sicut in gabinēsi agro non pcul urbe roma iugera ferme duceuta equitantium cursu.

De insulis semper fluctuantibus. Cap. xcvii.

SImiliter in reatino quædā insulæ semp fluctuāt, sicut in agro Cecubo, & eodē reatino Mutinensi, Stationensi, in Vadimonis lacu, & ad Cutylias aquas opaca sylua, quę nunq̄ die ac nocte eodem loco nisitur. In Lydia quę uocanť Calaminę, nō uentis solum. sed etiam contis uel quolibet impulsu, multorū ciuium Mitridatico bello salus. Sunt & in nympheo paruę saltuares dictę, quoniā in symphonię cantu ad ictus modulantium pedum mouentur. In Tarquinensi lacu magno italię duo nemora circunferuntur nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam cōplexu uentis impellentibus, quadratam nunquam.

Quibus in terris non pluat, & aceruata terrarū miracula & cæterorū elementorū. Cap. xcviii.

CElebre fanum habet Veneris paphos, in cuius quandá aream nõ impluit. Item in ea oppido Troadis circa simulacrũ Mineruæ. In eodé relicta sacrificia non putrescunt. Iuxta Harpasa oppidũ Asiæ cautes stat horrenda uno digito mobilis. Eadé si toto corpore impellat resistens. In taurorum pœninsula in ciuitate Parasino terra est qua sanant oĩa uulnera. At circa asson Troadis lapis nascit quo cõsumunt oĩa corpora, Sarcophagus uocat. Duo sunt Mõtes iuxta flumen Indũ alteri natura est ut ferrũ oẽ teneat, alteri ut respuat, Itaq; sint claui in calciamento, uestigia auelli ĩ altero nõ posse. in altero sisti. Locris & Crotone pestilentiam nunq̃ fuisse, nec ullo terręmotu laboratũ annotatũ est in Lycia uero semper a terræmotu. xl. dies serenos esse. In agro Harpano frumentum satu nõ nascit Ad aras Murias in Veiente & apud Tusculanum, & in sylua ciminia loca sunt, in quibus in terram depacta non extrahunt. In Crustumino natum fœnum ibi noxium, extra salubre est. Et de aquarum natura complura dicta sunt.

Qua ratione æstus maris accedant & recedant. Cap. xcix.

SEd æstus maris accedere & reciprocare maxime miȝ est. Pluribus quidem modis accidit, Verum causa in sole lunaq;. Bis inter duos exortus lunæ affluunt, bisq; remeant uicenis quaternisq; semper horis. Et primum attollente secum ea mundo intumescentes. Mox a meridiano cœli fastigio uergente in occasum residentes. Rursusque ab occasu subter cœli ima & meridiano cõtraria accedente inundantes. Hic donec iteȝ exoriant se sorbẽtes. Nec unq̃ eodẽ tempore quo pridie refluit, ut ancillãte sydere trahẽtesq; secũ auido haustu maria, & assidue aliũde q̃ pridie exoriente paribus tñ interuallis reciproci senisq; semp horis nõ cuiusq; diei aut noctis, aut loci, sed æquinoctialibus, ideoq; inæquales uulgariũ horarum spacio utcũq; plures in eas aut diei aut noctis illarũ mensuræ cadunt, & æquinoctio tantũ pares ubiq;. Ingens argumentũ plærũq; lucis ac uicis etiá diurnæ hebetes esse qui negent subtermeare sydera, ac rursus eadẽ resurgere. similemq; terris imo uero uniuersæ naturæ, & idẽ faciem in iisdẽ ortus occasusq; opibus nõ aliter sub terra manifesto syderis cursu alioue effectu, quá cũ preter oculos nostros ferat. Multiplex etiá num lunaris differentia, primũq; septenis diebus. Quippe modici noua ad diuiduá æstus, pleniore ab ea exũdant, plenaq; maxime feruent. Inde mitescũt. Pares ad septimá primis. Iterũq; alio latere diuidua augentur. In coitu solis paris, Plane eadem aquilonia, & a terris longius recedente mitiores q̃ cum in Austros digressa propriore nisu uim suam exercet. Per octonos quoq; annos ad principia motus & paria incrementa centesimo lunæ reuocant ambitu, augente ea cuncta solis annuis causis duobus æquinoctiis maxime tumẽtes & autũnali amplius q̃ uerno. Inanes uero bruma, & magis solstitio. Nec tamẽ in ipsis qđ dixi temporũ articulis sed paucis post diebus sicuti neq; in plena aut nouissima sed postea, nec statim ut lunã mundus ostendat, occultet ue, aut media plaga declinet, ueȝ uere duabus horis æquinoctialibus seruis: tardiore semp ad terras oĩum, quæ geruntur in cœlo effectu cadente q̃ uisu, sicuti fulguris & tonitrui & fulminũ. Oẽs enim æstus in oceano maiora integunt spacia inundantq; q̃ in reliquo mari, siue quia totũ in uniuersitate aĩosius est q̃ in pte, siue quia magnitudo aperta syderis uiȝ laxæ grassantis efficacius sentit eãdem angustiis arcẽtibus. Qua de causa nec lacus nec amnes similr mouent. Octogenis cubitis supra Britániam intumescere æstus Pytheas Massiliensis auctor est. Interiora autẽ maria claudunt ut portu. Quibusdá tamẽ in locis spaciosior laxitas ditioni patet, utpote cũ plura exẽpla sunt, in tranquillo mari, nulloq; uelorum impulsu tertio die ex Italia peruectorum uticam æstu feruente. Circa littora autem magis q̃ in alto deprehenduntur hi motus, quoniam & in corpore extremo pulsum uenarum, idest spiritus magis sentiunt.

Vbi æstus extra rationem. Cap. c.

IN plærisq; tamen æstuariis propter dispares sydeȝ in quoq; tractu exortus diuersi existunt æstus: tempore non ratione discordes, sicut in Syrtibus. Ex quorundam tamẽ priuata natura est, uelut Tautominitani eurupi. Sæpius & in Euboea septies die ac nocte reciprocantes. Aestus idẽ triduo in mẽse consistit septima. Octaua nonaq; luna. Gadibus qui est delubro Herculis proximus fons inclusus ad putei modum, alias simul cum oceano augetur, minuiturq;, alias uero utrumq; contrariis temporibus. Eodem inloco alter oceani motus consentit. In ripa. Betis oppidum est cuius putei crescente æstu minnuuntur, augescunt decedẽte mediis temporũ immobiles. Eadem natura in Hispali oppido uni puteo cæteris uulgaris. Et pontus semp extra meat in ppontidem introrsus in Pontum nunq̃ refluo mari.

Miracula maris.Cap.ci.

OMnia plenilunio maria purgantˀ,quædam & stato tempore. Circa Massanã & Mylas fimo similia expuuntˀ i littus purgaméta,unde fabula solis boues ibi stabulari.His adde ut nihil quod eqdẽ nouerim prætere am.Aristoteles nullũ animal nisi æstu recedente expirare affirmat.Obseruatũ id multũ in gallico oceano,& dumtaxat in homine compertum.

Quæ potestas lunæ,& terrena,& marina.Cap.cii.

QVo uera cõiectatio existit haud frustra spiritũ,sydus lunæ existimari.Et hoc esse ꝙ terras saturet accedensq; copa impleat,abscedésq; inaniat.Ideo cũ icreméto eius augeri cõchylia & maxime spiritũ sentite quibus sanguis nõ sit.Sed & sanguinẽ hominũ etiã cum lumine eius augeri ac minui.Frondes quoq; ac pabula(ut suo loco dicetˀ)sentire,in oía eadem penetrãte ui.

Quæ solis,& quare salsum mare .Cap.ciii.

ITaq; solis ardore siccatˀ liquor,& hoc esse masculum sydus accepimus torrens cũcta sorbensq;.Sic mari late patenti saporé incoqui salis,aut quia exhausto inde dulci tenuiq; quod facillime trahat uis ignea,omne asperius crassiusq; liquatˀ.Ideo summã æquorũ aquam dulcioré profunda.Hanc esse ueriorem causam asperi saporis,quam quot mari terræ sudor sit eternus.aut quia plurimũ ex arido misceatˀ illi uapore,aut quia terræ natura medicatas aq̃s inficiat.Est i exéplis Dionisyo Siciliæ tyranno cum pulsus est ea potentia accidisse prodigium,ut uno die in portu dulcesceret mare.

Item de natura lunæ.Cap.ciiii.

COntrario ferunt lunæ fœmineũ ac molle sydus atq; nocturnũ soluere humorem,& trahere non auferre.Id manifestũ est ꝙ ferarum occisa corpora in tabem uisu suo resoluat : somnoq; sopitis torporé contractũ in caput reuocet.Glaciẽ refundat cũctaq; humifico spũ laxet.Ita pensari naturæ uices semperq; sufficere aliis syderum elementa cogentibus:aliis uero fundentibus.Sed in dulcibus aquis lunæ alimentũ esse sicut in marinis solis.

Vbi altissimum mare.Cap.cv.

ALtissimũ mare.xv.stadiorum Fabianus tradit.Alii in ponto ex aduerso Coraxorum gentis uocant Bathea ponti tricentis fere a continenti stadiis imménsam altitudiem maris tradũt uadis nunq̃ repertis.

Miracula aquarũ,fontium,& fluminum.Cap.cvi.

MIrabilius id faciũt aquæ dulces iuxta mare ut fistulis emicátes.Nam nec aquarum natura a miraculis cessat .Dulces mari iuehuntˀ leuiores haud dubie.Ideo & marinæ quarum natura grauior magis inuecta sustinẽt.Quædã uero & dulces inter se supermeant alias . Vt in Fucino lacu inuectus amnis.In lario abdua,in Verbano ticinus,in Benaco Minti⁹, in Seuinno ollius,i Lemáno rhodanus.Hi trãs alpes supiores i Italiã multorũ militũ trãsitu hospitales suos tantũ nec largiores q̃ intullere aquas euehétes.Proditũ hoc & in Oronte amne Siriæ multisq; aliis.Quidã uero odio maris ipa subeũt uada,sicut Arethusa fons Syracusanus in quo reddũtˀ iacta in alpheũ,qui per olympiã fluuens Pelopõnesiaco littori infundit.Subeũt terras rursusq; redduntur.Lycus in asia.Erasinus in Argolica, Tigris in Mesopotamia.Et q̃ in Aesculapii fonte Athenis immersa sunt in Phalerico redduntur.Et in Atinate campo fluuius mersus post.xx.milia passuũ exit.Et in Aqleiensi Timauus.Nihil in Asphaltite iudeæ lacu qui bitumẽ gignit mergi põt.Nec i Armeniæ maioris Arethissa,is qdẽ introrsus pisces alit.In Salentino iuxta oppidum Mãduriã lacus ad margines plenus,neq; exhaustis aquis minuitˀ,neque ifusis augetˀ.In Ciconũ flumine, & in Piceno lacu Velino lignũ deiectũ lapideo cortice obduci tˀ.Et i Surio Cholchidis flumie adeo ut lapidé plerũq; durans adhuc integat cortex.Silr in flumine Silari ultra Surrentũ nõ uirgulta modo immersa,uerũ & folia lapidescũt,alias salubris potus eius aquæ.In exitu paludis Reatinę saxũ crescit.Et in rubro mari oleæ,uirentesq; frutices enascuntˀ,Sed & fontiũ plurimorũ natura mira est feruore.Idq; etiam in iugis alpiũ ipsoq; in mari,& inter Italiã & Enariã ut in Baiano sinu, & in Lyri fluuio multisq; aliis.Nã dulcis haustus in mari plurimis locis ut ad Chelidõias isulas & Arabũ,& in gaditano oceano.Patauinorũ aq̃s calidis herbæ uirentes inascũtˀ Pisanorũ ranæ.Ad uetulonios in Herturia non pcul a mari pisces.In casinate fluuius appellatˀ Seatebra frigidus abundãtior æstate.In eo ut in Arcadiæ stymphali enascuntˀ aquatiles musculi.In Dodone Iouis fons cum sit gelidus & imersas faces extinguat,si extinctæ admoueantˀ accendit.Idem meridie semp deficit, qua de causa Anapauomenon uocãt.Mox increscens ad mediũ noctis exuberat,Ab eo rursus sensim deficit.In Illyriis supra fontem frigidũ expansæ uestes accenduntˀ.Iouis Hamonis fons inter-

diu frigidus, noctibus feruet. In Troglodytis fons solis appellaẗ dulcis, & circa meridiē maxiē frigidus, mox paulatī tepescēs ad noctis media feruore & amaritudine infestaẗ. Padi fons mediis diebus stiuis uelut intergescēs semp aret. In Tenedo insula fons semp a tertia noctis hora in sextam ab æstiuo solstitio exūdat. Et in Delo insula inops fons eodē quo Nilus modo, ac pariẗ cum eo decrescit augeẗq;. Cōtra Timauū amnem insula pua in mari est cū fontibus calidis, qui piter cū ęstu maris crescūt minuunẗq;. In agro Pitinate trans Apœninū fluuius Nouanus oibus solstitiis torrēs bruma siccaẗ. In falisco clitūni amnis aqua potata cādidos boues facit, In bœotia amnis melas oues nigras. Cephisus ex eodē lacu ꝓfluens albas ✝ Rursus nigras penitus, ruffasq; iuxta iliū Xantus, unde & nomē amni in pōto fluiu⁹ Astaees irrigat cāpos, in qbus pastæ oues nigro lacte æque gētes alūt. In reatino fons Neminia appellatus alio atq; alio loco exoriẗ annonæ mutationē significans. Brundusii in portu fons incorruptas ꝑstat aquas nauigantibus. Lyncestis aqua quæ uocaẗ acidula uini modo temulētos facit Ita in paphlagonia & in agro caleno, ī andro isula tēplo Liberi patris fontē nonis ianuariis sp uini sapore fluere Mutiāus ter coss. credit. Dios teeholia uocaẗ iuxta nonacri archadiæ. Styx nec odore differēs nec colore, epota illico necat. Itē ī beroso tauroꝝ colle tres fōtes sine remedio, sine dolore mortiferi. In Carrinensi hispaniȩ agro duo fōtes iuxta fluunt, alter oīa respuens, alter absorbēs. In eadem gente alius aurei coloris oēs ondit pisces nihil extra illā aquā cæteris differētes. In commensi iuxta larium lacum fons largus horis singulis semper ♣ intumescit ac residet. In cynonia isula ante lesbō fons calidus, Vere tātū fluit. Lac⁹ ✝ sanna⁹ ī asia circūnascēte. Absynthio ificiẗ. Colophone in Appollinis clarii specu lacūa est, cui⁹ potu mira; redduntẗ oracula bibētiū breuiore uita. Amnes retro fluere & nostra uidit ętas. Neronis principis annis supremis, sicut in rebus eius retulimus, iā omnes fontes æstate q̄ hyeme gelidiores esse, quē fallit. Sicut illa permira naturæ opa, æs & plumbū in massa mergi, dilatata fluitare. Eiusdemq; ponderis alia sedere, alia inuehi. Onera in aq̄ facilius moueri. Thyreū lapidē q̄uis grandem innatare eundemq; cōminutū mergi. Recentia cadauera ad uadū labi, intumescētia attoli, inania uasa haud facilius q̄ plena extrahi * Pluuia salsas aq̄ dulciores esse q̄ reliq̄s. Nec fieri salē nisi admixtis dulcibus. Marinas tardius gelare, & celerius accēdi. Hyeme mare calidi⁹ eē, autūno salsi⁹. Omne oleo tranquillari. Et ob id urinantes ore spargere, qm̄ mitiget naturam asperam: lucemq; deportet. Niues in alto mari non cadere, Cum oīs aqua deorsum feraẗ exilire fontes, atq; etiā in ætnæ radicibus flagrantis in tantū ut quinquagena & centena milia passuū harenas flāmarū globus eructet.

✝ Pene uel Rursusq; nigras peneus.

♣ sinnaus

* Pluuias salinis a q̄s utiliores eē quā reliquas.

Ignium & aquarum iuncta miracula & de maltha. Cap. cvii.

IAmq; & ignium quod est naturæ quartum elementum reddamus aliqua miracula. Sed primum ex aquis. In Comagene urbe Samosata stagnum est emittēs limum (maltham uocant) flagrantem, cū quid atringit solidi adhæret. Præterea tactus sequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnāte Lucullo, flagrabatq; miles armis suis. Aquis etiam accenditur, Terra tātum restingui docuere experimenta.

De Naptha. Cap. cviii.

SImilis est naturæ Naptha. ita appellatur circa Babyloniam, & in Austagenis Parthiæ profluens, bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio ignium, transiliuntq; protinus in eam undecunq; uisam. Ita ferunt a Media pellicem crematam, postquā sacrificatura ad aras accesserat corona igne rapta.

De semper ardentibus locis. Cap. cix.

VErū in montiū miraculis, ardet Aetna noctibus semp, tantoq; æuo ignium materia sufficit. Niualis hybernis tempibus. egestumq; cinerem pruinis operiens. Nec in illo tātum natura seuit exustionē terris denuncians. Flagrat in Phaselide mons chimæra: & quidem immortalis diebus ac noctibus flāma. Igē eius accendi aqua, extingui uero terra aut fœno Gnidius Ctesias tradit. Eadē in Lycia Ephesti montes Tæda flamāte tacti flagrant adeo: ut lapides quoq; riuorū & harenæ in ipsis aquis ardeāt, aliẗq; ignis ille pluuiis Baculo si quis ex iis accēso traxerit sulcos, riuos igniū sequi narrant, Flagrat in Bactris cophanti noctibus uertex. Flagrat ī mediis & cestia gente cōfinio persidis. Susis quidem ad turrim albam .xv. caminis maxio eorū. Et iterdiu cāpus Babyloniæ flagrat quadā ueluti piscina iugeri magnitudīe. Item æthiopū iuxta Hesperiū mōtē stellarum modo cāpi nocte nitēt. Similiter in megalopōitanoꝝ agro, tametsi itern⁹ sit ille iucūdus frondēq; densi supra se nemoris nō adurens, & iuxta gelidū fontē semp ardens. Nymphei crater dira apolloniatis suis portēdit ut Theopompus tradidit. Augeẗ hymbribus, egeritq; bitumen, temperandū fonte illo ingustabili alias omni bitumine dilutius. Sꝫ qs hæc mireẗ? In medio ma

ri Hiera insula ardet. Aeolia insula iuxta Italiá cum ipso mari arsit per aliquos dies sociali bello, & donec legatio senatus piauit. Maximo tamé ardet incendio Theonochema dictú, æthiopú iugú. Torrentesq; solis ardoribus flammas egerit. Tot locis, tot incendiis rerú natura terras cremat.

Ignium per se miracula. Cap. cx.

PRæterea cum sit huius unius elementi ratio fœcunda, seque ipse pariat & minimis crescat scintillis, quid fore putandum est in tot rogis terræ? Quæ est illa natura quæ uoracitaté aui dissimá i toto mundo sine damno sui pascit? Addant iis sydera innumera, ingensq; sol. Addant humani ignes, & lapidú quoq; insiti naturæ, attrita inter se ligna: iá nubiú & origenes fulminú. Excedit profecto oía miracula ullum diem fuisse quo non cuncta conflagrarent, cum specula quoq; cócaua aduersa solis radiis facilius etiam accendant, q̃ ullus alius ignis. Quid q; innumerabiles ptus sed naturales scatent? In nympheo exit e petra flamma quæ aqua accendit. Exit & ad aquas scantias. Hæc qdem inualida cum tráfit nec longe in alia durás materia. Viret & æterno hunc fonté igneú cótexens fraxinus. Exit in Mutinensis agro statis uulcano dieb⁹. Reperit apud auctores subiectis ariciæ aruis si carbo deciderit ardere terrá. In agro Sabino & Sidicino unctum flagrare lapidé. In Salentino oppido ✝ Inatiú imposito ligno in saxú quoddá ibi sacrú ptinus flammam existere. In laciniæ Iunonis Ara sub diuo sita ciueré imobilem esse perflantibus undiq; procellis. Quin & repentinos ignes existere & in aquis. Et in corporibus etiá humanis emicuisse. Trasimenú lacum arsisse totum. Seruio Tullio dormienti in pueritia ex capite flammam emicuisse. L. Martiú in Hispaniú interemptis Scipionibus concionanté & milites ad ultionem exhortanté arsisse, simili modo Valerius Antias narrat. Plura mox & distinctius. Nunc eni quadam mixtura rerum omniú exhibentur miracula. Verum egressa mens interpretationé naturæ festinat legentiú animos per totum orbem ueluti manu ducere.

✝ egnatia siue ignatia.

Terræ uniuersæ mensura longitudo, & latitudo. Cap. cxi.

PArs nostra terrarú de qua memoro ambiente (ut dictum est) oceano uelut innatás longissime ab ortu & ab occasu patet, hoc est ab India ad Herculis colúnas gadibus sacratas, octuagies quinquies centena septuagintaocto. M. passuum, ut Artemidoro placet auctori. Vt uero Isydoro nonagies octies & decé & octo milia. Artemidorus adiicit amplius a gadib⁹ circuitu sacri pmontorii ad promontoriú Artabrú, quo longissime frons procurrit Hispaniæ octingenta milia ✱ nonaginta unú. Id mensuræ duplici currit uia. A Gange amne ostioq; eius quo se in æoum oceanú effundit per Indiam Parthienéq; ad Myriandrum urbem Syriæ in Issico sinu positam quinquagies bis quindecim milia passuú. Inde pxima nauigatione Cyprú insulá patará Lyciæ Rhodú Astypalæá in Carpathio mari in insulas laconicæ tænarú. Lylibeú Siciliæ caraliú sardiniæ tricies quater quinquaginta milia. deinde gades ✤ quadragies bis qnquaginta milia. Quæ mésura uniuersa ab eo mari efficit octogies quinquies septuagintaocto milia passuum. Alia uia quæ certior itinere terreno maxie patet a Gange ad Euphraté amnem qnquagies centena milia passuú &. xxi. Inde Cappadociæ in Mázaca. cc. milia. xliiii. inde per Phrygiá, Cariá, Ephesum, quadringenta. M. passuú. xcviii. Ab Epheso per aegeú pelagus Delú ducéta milia. Isthmú ducenta duodecim milia Deinde terra & laconico mari & Corinthiaco sinu patrás Pelopónesi ducenta duo milia qngenti Leucadé octingenta sex milia qngenti, Corcirá totidé Acroceraunia centú triginta duo milia qngenti. Brúdusiú octingéta sex milia qngéti. Romá. ccc. milia sexaginta. Ad alpes usq; Calciocoma eú uicú qngéta decé & octo milia. Per galliá ad pyrenæos mótes Liberim quingéta qnquaginta sex milia. Ad oceanú & Hispaniæ oram trecéta trigintaduo milia. Traiectu gadis septé milia quingenti. Quæ mensura Artimidoro attestante). xc. efficit. lxix. Latitudo autem terræ a meridiano situ ad septétrioné dimidio fere minor colligit, quiquagintaqttuor miliú sexagintaduo. Quo palam fit quantú & hinc uapor abstulerit, & illinc rigor. Neq; eni deesse arbitror terris, aut non esse globi formá. Sed inhabitabilia utriq; incóperta eé. Hæc mésura currit a littore æthiopici oceani qua modo habitat ad mereon quingenta quinq̃ginta milia Inde Alexandriá duodecim milia quinquaginta. Rhodú quingenta octogitatria. Gnidú octogintaquattuor milia quingéti cú. xxv. M. Samú. c. L. Chium octogintaquattuor. M. Mitilenem. lxv. M. Tenedon. xxviii. M. Sigæú pmontorium. xii. M. quingenti. Os ponti. cccxii. M. d. Garábin pmontoriú. cccl. Os mæotidis. cccxii. M. d. Ostiú Tanais. cclxv. M. Qui cursus cópendiis maris breuior fieri potest. lxxxix. M. ab ostio Tanais nihil modicú diligentissimi auctores fecere. Artemidor⁹ ulteriora icóperta existiauit. cú circa Tanain Sar.

✱ nógéta nóagita unú milia


✤ qttuordecies céte na & qnqgltamilia pas. Milia octuagies sexies. cétéa octogita qnque.

nam Sarmatarū. gētes degere fateref ad Septētriões uersas. Isidor⁹ adiecit.xii.M.l.usq; ad Tilen quæ cõiectura diuinatiõis est Ego nõ minore q̄ proxime dicto spacio Sarmatarū fines nosci intelligo. Et alioquin quātū esse debet quod Inumirabiles gentes subinde sedem mutantes capiāt. Vnde ulteriorē mensurā iu habitabilis plagæ multo esse maiorem arbitror. Nam & germania imensas insulas nõ pridem compertas cognitū habeo. De longitudine ac latitudie hæc sūt quæ digna memoratu putem. Vniuersum autem hunc circuitū Eratosthenes in omniū quidem litteraꝝ subtilitate, & in hac utiq; p̄ter cæteros solers. quē a cūctis probari uideo ducētorum quinquaginta duorum miliū stadioꝝ prodidit. Quæ mēsura romana computatione efficit trecēties quindecies cētena milia passuum. Improbom ausum, uerū ita subtili argumentione comprehensum ut pudeat non credere. Hipparchus & in coarguēdo eo & in reliqua omni diligētia mir⁹ adiicit stadioꝝ paulominos.xxv.milia.

Harmonica mundi ratio. Cap.cxii.

ALia Dionysiodoro fides. neq; enim subtrahā exēplū uanitatis græcæ maximum. Cydnius hic fuit geometrica scientia nobilis. Senecta diem obiit in patria. Funus duxere ei propinquæ, ad quas pertinebat hæreditas. Eæ cū secutis diebus iusta peragerēt, inuenisse dicuntur i sepulchro epistolā Dionysiodori nomie ad superos scriptam. Peruenisse eum a sepulchro ad infimam terram, esseq; eo stadiorū quadragintaduo milia. Nec defuere gœmetræ qui iterpretarētur significare epistolā a medio terrarū orbe missam quo deorsum ab summo longissimū esse spacium & idem pilæ mediū. Ex quo consecuta cõputatio est, ut circuitu esse.cc.quinquagintaquinq; milia stadia pronūciaret, Harmonica ratio quæ cogit rerū naturā sibi ipsam cõgruere, addit huic mensuræ stadia septem milia, terramq; nonagesimam sextam millesimam totius mundi partem facit.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TERTIVS PROOEMIVM.



ACTENVS DE SITV ET MIRACVLIS TERRAE, AQuarumque ac syderum, & ratione uniuersitatis atquæ mensura. Nunc de partibus quam quam infinitum id quoq; existiat, nec temere sine aliqua rephēsione tractatum, Haud ullo in genere uenia iustior est, si modo minime mirum est hominem genitum non omnia humana nouisse. Quapropter auctorem neminem unum sequar. Sed ut quenq; uerissimum in quaque parte arbitror. Quoniam commune ferme omnibus fuit, ut eos quisq; diligentissime situs disceret, in qbus ipse prodebat, ideo nec culpabo aut coarguam quenquam locorum nuda nomina, & quanta dabitur breuitate ponentur claritate causisque dilatis in suas partes. Nunc enī sermo de toto est. Quare sic accipi uelim, ut sicut uidua fama sua nomina qualia fuere primordio ante ullas res gestas nuncupenf, & sic quædā in his nomen datura qdem, sed mūdi rerūq; naturæ. Terraꝝ orbis uniuersus in tres diuidif ptes, Europā, Asiā, Africā. Origo ab occasu solis & gaditano freto, qua irrūpens oceanus atlantic⁹ in maria iteriora diffūdif Hinc irātī dextra Africa est, leua Europa, inter has Asia est. Termini amnes Tanais & Nylus. xii. M. passuum in lõgitudinem, quas diximus Fauces oceani patēt, quinq; miliū in latitudine a uico mellaria Hispaniæ ad p̄montoriū Africæ album, auctore Tarquinio Gracula iuxta genito. T. Liuius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderūt: ubi minus.vii.M. passuū, ubi uero plurimum, x. M. Tam modico ore, tam imensa æquoꝝ uastitas p̄ditur. Nec p̄funda altitudo miraculū minuit. Frequētes quippe teniæ candicātis uadi carinas territant. Qua de causa limē iterni maris multi eum locum appellauere. Proxima autē faucibus utrinq; impositi montes coercent claustra, abilla Africæ, Europæ, Calpæ, laboꝝ Herculis metæ. Quam ob causam indigenæ colūnas eius dei uocant creduntq; perfossas exclusa antea admisisse maria, & rerum naturæ mutasse faciem.

De Europa. Cap. I.

PRimū ergo de Europa altrice uictoriis omniū gentiū populi, longeq; terraꝝ pulcherrima, quam plæriq; merito non tertiam portionem fecere, uerum æquam in duas partes ab amne Tanai ad gaditanum fretum uniuerso orbe diuiso. Oceanus hoc quod dictum est spacio atlāticū mare infundēs, & auido meatu terras quæcunq; uenietem expauere demergens, resistentes quoq; flexuoso littoꝝ anfractu lambit Europam, uel maxime recessibus crebris excauans, sed in q̄tuor p̄cipue sinus. Quoꝝ primus a Calpe Hispaniæ extimo (ut dictū est) monte Locobrutinum

ger. Quippe ut oleũ ſeneſcit. Ex oĩ ĩciſura maxĩe ꝓbaẽ qđ ãñ ſemel fluxit. Et alĩs adulteraẽ ſemĩe ſucco, uixq̃ maleficiũ depꝓbẽdiẽ guſtu amariore. Eẽ.n. debet lenis, nõ ſubacidus, odore tm̃ auſterus uitiaẽ & oleo roſę, cyperi, lẽtiſci, balani, terebĩthi, myrti, reſina, galbão, cæra, cypria, ꝓut q̃q̃ res fuit. Neq̃ſſime aũt gũmi, qm̃ ipm quoq̃ inareſcit ĩ manu iuerſa, & ĩ aq̃ ſidetq̃. Probatio ei⁹ gemĩa eſt. Debet ſyncerꝰ & inareſcere, ſed hoc & gũmi addita fragili cruſta euenit, & guſtu dephendiẽ. Carbõe uero qđ cęra reſinaq̃ adulteratũ eſt nigriori flãma. Nã melle mutatũ ſtatim cõtrahit muſcas. Preterea ſyncere dẽſaẽ ĩ tepida aq̃ gutta fidẽs ad ima uaſis. Adulterata olei modo ĩnatat Et ſi Metopio uitiatũ eſt, circulo cãdido cĩgiẽ. Sũma ꝓbatio eſt ut lac coagulet, & in ueſte maculas nõ faciat, nec manifeſtior alibi fraus. Quippe milib⁹ denariorũ ſextarii empti uendẽte fiſco. ccc. denariis ueneũt. In tm̃ expedit augere liquorẽ. Xylobalſamo ꝓciũ in libras ſex. Proxĩa Syria iudææ ſupra phœnicẽ ſtyracẽ gignit circa gabala & marathunta & caſſiũ ſeleuciæ montẽ. Arbor eſt eodẽ noĩe, cotoneo malo ſilis lachrymæ ex auſtero iucũdioris, int⁹ ſilitudo harũdinis, ſuccoq̃ prægnãs. In hãc circa canis ortũ aduolãt pennati uermiculi erodentes, ob id in ſcrobe ſordeſcit. Styrax laudaẽ poſt ſupradicta ex Piſidia, Sidone, Cypro, Cilicia, Creta minĩe. Ex Amano Syrię me dicis, ſed unguẽtariis magis. Colos in q̃cũq̃ natiõe ꝑferẽ ruffus & pinguiter lentus, deterior fur furoſus, & cano ſitu obduct⁹. Adulteraẽ cædri rena, uel gũmi, alias melle, aut amygdalis amaris Oĩaq̃ ea dephenduñẽ guſtu. Preciũ optimo. xix. Erit & in pãphylia, ſed acrior, minuſq̃ ſuccoſus. Dat & Galbanũ Syria in eodẽ Amano monte e ferula, qua eiuſdẽ noĩs reſinæ mõ ſtagoniti appellãt. Quod maxĩe laudãt, cartilaginoſum, purũ, ad ſilitudinẽ hãmoniaci, minimeq̃ lignoſum. Sic quoq̃ adulteraẽ faba aut ſagabeno. Syncerꝰ ſi uratur fugat nidore ſerpẽtes. Permutatur ĩ libras quinq̃ medicinæ hoc tantũ.

De panace, & ſpondylio, & malobathro. Cap. xxvii.

Panacẽ & unguẽtis eadẽ gignit naſcẽtẽ & in ipo ✠ fine Arcadiæ, circaq̃ Erimãthi fontes, & in Africa & ĩ Macedonia ferula ſui gñis. v. cubitoꝝ, foliis prĩo q̃ternis, mox ſenis ĩ terrã iacentibus, ampla magnitudĩe rotũdis, in cacumẽ uero oleagines, ſemĩe in muſcariis dependẽte, ut ferulæ. Excipiẽ ſuccus inciſo caule meſſib⁹, radice in autũno. Laudaẽ candor ei⁹ coacti. Sequẽs pallido ſtatera. Niger color ĩprobaẽ. Preciũ optimo ĩ libras bini aſſes. Ab hac ferula diſfert quæ uocaẽ ſpõdylion, foliis tm̃, q̃a ſunt minora, & platani diuiſura. Nõ niſi in opacis gigniẽ Semẽ eodẽ noĩe Silis ſpeciẽ hẽt, medicinæ tm̃ utile. Dat & malobathron Syricæ arborẽ folio cõ uoluto, arido colore, ex quo exprimiẽ oleũ ad unguẽta. Fertiliorẽ eiuſdẽ ægypto, laudatius ex India uenit. In paludib⁹ ibi gigni tradũt lẽtis modo, odoratius croco, nigricans ſcabrũq̃ quodã ſalis guſtu. Minus ꝓbaẽ cãdidũ. Celerrime ſitũ in uetuſtate ſentit. Sapor eius Nardo ſilis eſſe debet ſub lingua. Odor uero in uino ſufferuefacti antecedit alios. In precio q̃dem prodigio ſimile eſt a ſingulis ad. ccc. peruenire libras. Oleum autem ipſum in libras. lx. ✠ Phineo uel pſophide.

De oleo omphacio. Cap. xxviii.

Oleũ & omphaciũ eſt. Fit duob⁹ gñibus, & totidẽ modis ex oleo & uite. Olea adhuc alba expſſa, deterius ex druppa. Ita.n. uocaẽ priuſq̃ cibo matura ſit, iam tum colorem mutans. Drñia q̃ hoc uiride eſt, illud cãdidũ. E uite ſit pſytia aut aminea, cũ ſint acini ciceris magnitudĩe ante canis ortũ. In pria lanugine demetiẽ uua, eiuſq̃ melligo. Reliquũ corp⁹ ſole coq̃ẽ. Nocturni rores caueñẽ. In fictili cõdita melligo colligiẽ, ſubĩde Cyprio ære ſeruaẽ. Optima quæ ruffa, acriorq̃, & aridior. Preciũ omphacio in libras ſex. Fit & alio mõ cũ in mortariis uua ĩmatura teritur. Siccataq̃ in ſole, poſtea digeritur in paſtillos.

De Bryo & Oenanthe, & de Elate arbore, & cinnamo caryopo. Cap. xxix.

Eodẽ & bryon ꝑtinet uua Popĩi albæ. Optĩa circa gnidũ aut cariam, in ſitiẽtibus aut ſiccis aſpiſq̃, ſecũda in Lycia cædro. Eodẽ & œnãthe ꝑtinet. Eſt aũt uitis labruſcæ uua. Colligiẽ cum flore cum optime olet. Siccatur in umbra ſubſtrato linteo, atq̃ in cados conditur. Præcipua ex Parapotamia, ſecũda ab Antiochia, atq̃ laodicea ſyriæ, tertia ex mõtibus medicis. Hæc utilior medicĩæ. Quidã olb⁹ iis ꝑferũt eã, q̃ in cypro Iſula naſciẽ. Nã q̃ ĩ africa ſit ad medicos tm̃ ꝑtinet, uocaẽq̃ Maſaris. Oĩs aũt ex alba labruſca ꝑſtantior q̃ e nigra. Eſt ꝑterea arbor ad eadem unguẽta ꝑtinẽs, quã alii Elatẽ uocãt, qđ nos ✠ albietẽ, alii palmã, alii ſpathẽ. Laudaẽ hãmoniaca maxĩe, mox ægyptia. Dein Syriaca dũtaxat in locis ſitiẽtib⁹ odorata, pingui lachryma, q̃ ĩ unguẽta addiẽ ad domãdũ oleũ. In ſyria gigniẽ & cĩnamũ, qđ caryopon appellãt. Hic eſt ſuccus nuci ex preſſus, multũ a ſurculo ueri cinnami differẽs, uicina tamen gratia. Precium in libras aſſes. xl. ✠ Abietem. Palmã.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XIII. PROOEMIVM.

De Peregrinis arboribus,



Actenus in odoribus habent ꝑcia ſyluæ,erantq; per ſe mira ſingula, iuuitq; luxuriam ea omnia miſcere, & e cunctis unum odorem facere. Ita reperta ſunt unguenta.

De ungoētis,& qñ primű ſunt cognita nobis,& de cōpōne. Cap.i.

QVis primus inuenerit nō tradiẽ Iliacis tpibꝰ non erāt, nec thure ſupplicabaẽ.Cædri tātű & citri ſuoꝝ fruticű in ſacris fumo conuolutű nidoré ueriꝰ q̄ odoré nouerāt,iá roſæ ſucco repro.Noiaẽ.n.id quoq; in olei laude.Perſaꝝ eſſe debet gētis unguentum.Sed & ✣ bathylli madent eo,& accerſita cōmēdatione ingluuie natű uirus extinguűt.Primű qđ gdē inueniam. Caſtris Darii regis expugnatis ĩ reliquo eiꝰ appatu,Alexāder cepir ſcriniű unguētoꝝ. Poſtea uoluptas eius nr̄is quoq; ĩter laudatiſſima atq; ēt honeſtiſſima uitæ bōa admiſſa eſt.Honoſq; iis & ad defűctos ptinere cepit.Quapp plura de eo dicemus q̄ q̄ etiá hi nouerűt , Fruticű ad ꝑſens noibus tantum indicabunẽ,natura uero eoꝝ ſuis reddeẽ locis. Vnguētis cognoia dedere aliis patriȩ,aliis ſucci, aliis arbores,aliis cauſȩ.Priműq; id ſcire cōuenit mutata auctoritate ad peius trāſiſſe gloriá.Laudatiſſimű fuit antiqtus in Delo inſula,poſtea Mēdeſiű.Nec mixtura rñ & compoſitione hoc accidit,ſed iidē ſucci uarie alibi ad quælibet ꝑualuere,aut denegauere.Iriű Corithi diu maxie placuit,poſtea cyzici,ſiĥ mō rhodinű phaſeli.Quá gloriá abſtulere Neapolis,Capua,Præneſte. Crocinum in ſolis Ciliciæ diu maxie laudatű, mox Rhodi.Oenanthinnm ĩ cypro,deinde in ægypto præpoſitű,poſtea adramiteo,Amaracinű in Coo.Poſtea eodē loco præiatű eſt Melinum. Cyprinum in Cypro.Deinde in ægypto ubi Mendeſiű & Metopiű gratius factuʒ eſt. Mox hoc abſtulit phœnicȩ.Et cyprini laudē ægypto reliquit.Panathenicō ſuum Athenæ perſeuetanter obtinuere.Fuerat & pardaliű in Tharſo,cuius etiá cōpoſitio & mixtura obliterata eſt.Narciſſinű quoq; ex flore narciſſo deſiit cōponi.Ratio faciēdi duplex,ſuccꝰ & corpꝰ.Ille olei gn̄ibꝰ fere cōſtat,hoc odoꝝ.Hæc Stymmata uocāt,illa hedyſmata.Tertiꝰ ĩter hæc eſt colos a multis neglectus. Huius cá addunẽ cinnabari & anchuſa.Sal aſpſus olei naturá coercet. Quibꝰ anchuſa adiecta eſt ſal nō addiẽ.Reſina aűt gűmi adiiciűẽ ad cōtinēdű odoré ĩ corpe.Celerrie is euaneſcit atq; dfluit ſi nō ſit hæc addita. Vnguentoꝝ expeditiſſimű fuit,priműq; ut ueriſile eſt Ebryo & balanino oleo,de qbꝰ ſupra diximꝰ.Increuit deiñ Mēdeſiű.Balanino reſina mixta,magiſq; etiánű Metopio.Oleuʒ hoc eſt amygdalis amaris expſſum ĩ ȩgypto.Cui addidere omphaciű,cardamomű,iűcű,calamű, mel,uinű,myrrhá,ſemē balſami,galbanű,reſiná therebinthiná.Et e uiliſſimis qdem hodie eſt,ob id creditű & id ĩ uetuſtiſſimis eē,qđ cōſtat oleo,myrteo,calamo,cupſſo,cypro,lētiſeo, malogranati cortice.Sed diuulgata maxie unguēta crediderim roſa,quæ plima ubiq; gigniẽ. Itaq; ſimpliciſſima rhodini mixtura diu fuit additis omphacio,flore roſæ,crocſo,cinabari,calamo,melle,iűco,ſalis flore,aut anchuſa,uio,Silis rō & ĩ crocſo additis cinabari,anchuſa,uio.Silis & ĩ ſanſucio admixtis omphacio,calamo.Optimű hoc ĩ cypro & mytilenis,ubi plima ſanſucꝰ.Miſcēẽ & uilio ra gña olei myrto lauro,qbꝰ addiẽ ſanſucinű,liliű,fœnogrȩcű,myrrha,caſia,nardű,iűcus, cinnamomű.E malis quoq; cotoneis & ſtruteis fit oleű(ut diximus)melinű,qđ ĩ unguenta tranſit,admixtis omphacio,cyprio,ſeſamino,balſamino,iűco,caſia,ambrotano.Suſinű tenuiſſimű oiuʒ eſt Cōſtat ex liliis,balāo,calamo,melle,cinnamomo,croco,myrrha,aſpalatho.Et idē cyprinű ex cypro,& omphacio,& cardamomo,calamo,aſpalatho,ambrothano. Aliq & ĩ cyprinű addűt myrrham & panacē.Hoc optimű Sidone,mox ægypto,ſi nō addaẽ ſeſaminű oleű.Durat & q̄drienio. Excitatẽ cinamomo. Tclinű fit ex oleo recēti,cypero,calamo melliloro,fœnogrȩco,melle,mel lo ✝ oraro ✣ omacro.Hoc erat celeberrimű Menādri poetȩ cōici ȩtatȩ:Poſtea mlto ſucceſſit pp gloriá apellatű megaliű ex oleo balanino,balſam,calamo,iűco,xylobalſamo,caſia,reſina.Huius ꝓprietas ut uentileẽ ĩ coquēdo dōec definat olere.Rurſꝰ refrigeratű odoré ſuű capit.Singli quoq; ſucci nobilia unguēta faciűt.In primis malobathꝝ,poſtea Iris Illyrica,&cyzicena amaracꝰ.Herbarii ĩ utraq; pauea iis ✣ & alia aliis miſcēt.Qui plurima alterutri mel,ſalis florē,omphaciű * auguifoliá,panacē,Externa oia,Et prodigioſa cinamomo precia,Adiiciẽ cinamomo balaninű oleum xylobalſamű

✣ Illi ul' Parthi.

✝ Maro

✣ Amaraco.

✣ Sed alia alii

* Ac nō polium.

um xylobalſamű

tum xylobalsamũ,calamus,iũcus,balsami semina,myrra,mel odoratũ. Vnguentoꝝ hoc crassissimũ,Precia ei a dnariis.xxxv.ad.cccx.Nardinũ siue foliatũ cõstat omphatio,balanio,iũco, costo, nardo,amomo,myrrha,balsamo.Io hoc genere cõueniet meminisse herbaꝝ, ꝗ nardũ Indicũ imitent,spés noué a nobis eé dictas,tanta materia adulterãdi est.Oia aũt acutiora fiunt costo, amomo ꝗ maxíe nares feriũt.Crassiora myrrha suauioraqꝫ.Medicinæ aũt ulteriora croco.Acerria ꝑ se amomo.Hoc & capitis dolores facit. Quidã satis habẽt aspgere quæ sunt ꝑciosissima , cæteris decoctis,impẽdio parcẽtes,sꝫ nõ eadé est uis,nisi una decoctis.Myrrha & ꝑ se unguẽtũ facit sine oleo,stacte dũtaxat,aliogn nimiã amaritudiné affert.Cyprino uiride fit,Susino unguinosuꝫ. mẽdesio nigrũ,rhodino cãdidũ,myrrha pallidũ.Hæc sunt antiquæ inuẽtiõis genera,& postea officinarum furta.Nunc dicetur cumulus iste delitiarum,& summa anctoritas rei.

Quod ungueorũ regale uocet,& quæ diapasmata,& qualiter seruent. Cap.ii.

ERgo regale uoguentũ appellatũ,quod Parthoꝝ regibus ita temperat.Cõstat myrobalano costo,amomo, cinamomo , comaco,cardamomo,nardi,spica,maro,myrrha, casia, styrace, ladano,opobalsamo,calamo,iuncoqꝫ syrio,œnaote,malobathro,seriaco,cypro,aspalatho, panace,croco,cypro,amaraco,lolato,melle,uino.Nihilqꝫ eius rei cã in Italia uictrice oĩm.In Europa uero tota ꝑter Irin Illyricã & Nardũ gallicũ gignit.Nã nioũ,& rosa, & myrti folia oleumqꝫ cõia fere oĩm terraꝝ itelligũt.Siccis odorib⁹ cõstãt,ꝗ diapasmata uocẽt.Nã feces unguẽti magmara appellãt.Inter oés potẽtissim⁹ odor qsqs nouissime addit.Vnguẽta optíe seruant in alabastris.Odores ĩ oleo.Quod diuturnitati coꝝ tãto utilius est,quãto pinguius , ut ex amygdalis.Et ĩpa unguẽta uetustate meliora.Sol inimicus his.Quãobrẽ in umbra coquunt plũbeis uasis . Experimentum eorum inuersa manu capitur,ne carnosæ partis calore uitietur.

Quanta in unguẽtis luxuria,& quãdo primũ Romanis in usu. Cap.iii.

HAec est materia luxus e cũctis maxíe supuacui. Margaritæ.n.gẽmæqꝫ ad hæredem tamen transeunt.Vestes ꝓlongant tẽpus.Vnguẽta illico expirãt,ac suis moriunt horis . Summa cõmendatio eoꝝ,ut transeunté fœminã odor inuitet,etiã aliud agẽté . Excedũtqꝫ quadragenos denarios libræ,Tñ emit uoluptas aliena. Etenĩ odorem qui gerit ipe nõ sentit.Sed & hæc aliqua differẽtia signãda sũt.In.M.Ciceronis monumẽtis iouenit nguẽta gratiora eẽ quæ terrã,ꝗ̃ quæ crocũ sapiãt,quãdo etiã corruptissimo in genere. Magis tamẽ iuuat quædam ipsius uitii seueritas.Sed quosdã crassitudo maxime delectat,idipm approbantes.Liniqꝫ iã non solum, sed & perfundi unguẽtis gaudẽt.Vidimus etiã uestigia pedum tingi. Quod.M. Othonem monstrasse Neroni principi ferebãt.Quæso ut qualiter sentiret iuuari ab ea parte corpis?Necnon aliqué ex priuatis audiuim⁹ iussisse spargi parietes balneaꝝ unguẽto.Atqꝫ Caiũ pricipẽ solitum lauari.Ac ne principale uideat hoc bonũ,& postea quẽdã ex seruis Neronis.Maxime tamẽ mirum est hanc gratiã penetrasse & in castra.Aquilæ certe ac signa puluerulẽta illa,& custodiis horrida, inungunt festis diebus.Vtinãqꝫ dicere possemus,quis primus instituisset ista.Nimirũ hac mercede orbẽ terraꝝ corruptæ deuicere aglæ.Ista patrocinia quæ ꝗrimus uitiis,ut per hoc ius sũmãt sub casside unguẽta.Quãdo id primũ ad Rõanos penetrauerit,nõ facile dixeri. Certũ est Antiocho rege Asiaqꝫ deuictis urbis,ãno qngẽtesimo sexagesimoqnto.P.Liciniũ Crassum,Iuliũ cæsarẽ cẽsores edixisse,ne quis uẽderet unguẽta exotica,sic eni appellauere.At hercule iam quidã etiaꝫ in potu addũt,dantiqꝫ amaritudo est,ut odore ꝓdigo fruant ex utraqꝫ pte corpis.L. Plotium.L. Plotii bis consulis cẽsorisue frem. ꝓscriptũ a triũuiris in salernitana latebra unguẽti odore ꝓditũ cõstat.Quo dedecori tota absoluta ꝓscriptio est.Quis.n.nõ merito iudicet ꝑisse tales? Cæteꝝ terraꝝ oĩum ægyptus acõmodatissima unguẽtis.Ab ea Campania est ꝓxima copia rosæ.

De Palmis,& natura earum,& generibus. Cap.iiii.

IVdæa inclyta est,uel magis palmis,quaꝝ natura nũc dicet.Sũt qdem in Europa ulgoqꝫ Italia,sed steriles.Ferũt ĩ maritimis Hispaniæ fructũ,uerũ immitẽ,dulcẽ in Africa,sed stati euanescẽtẽ Contra in oriente ex his uina.Gentiũqꝫ aliqbus panis.Plurimis uero etiã quadrupedum cib⁹.Quãobrem iure dicent externæ.Nulla est in Italia sponte genita,nec ĩ alia pte terraꝝ nisi in calida.Frugifera uero nusꝗ̃,nisi in feruida.Gignit leui sabulosaqꝫ terra,maiore ĩ pte & nitrosa.Gaudet & riguis,totoqꝫ ãno bibet,cũ amet ãno sitiẽri.A fimo qdã ẽt lædi putãt.Et Assyriorũ ps aliꝗ̃,si nõ riuis misceat.Genera eaꝝ pluría.Et pría fruticẽ nõ excedẽtia.Sterilẽ hãc. Alíubi & ipam fertilẽ,breuẽqꝫ ramis obire umbra folioꝝ.Tectorii uicẽ hæc parietib⁹ plerisqꝫ ĩ locis præ-

stat cōtra aspergines.Sūt e ꝓcerioribꝰ syluę arbore ipa folioꝝ aculeo fruticāte,circa totas pectinatim,quas syluestres intelligi necesse est.Incerta tñ libidine etiā mitioribꝰ se miscēt.Reliq̄ tetetes atq; ꝓceræ densis gradatisq; corticū pollicibꝰ,ut orbibus faciles se ad scādēdū orientis pplīs ꝑbent.Vtilē sibi arborisq; induuiis circulū mira ꝑnicitate tū hoīe subeūte. Coma oīs ī cacumīe, & pomū est,nō iter,ut in cæteris,sȝ suos iter ramos palmitibꝰ racemosū.Vtraq; natura uuæ atq; pomi.Folia cultrato mucrone,lateribꝰ in se bifidatis.bellas primū demōstrauere gēmas.Nūc ad funes utiliūq; nexus & capitū leuia umbracula fūdunt.Arboribꝰ īmo potius oībꝰ q̄ terra gignit, herbisq; ēt utrūq; sexū esse diligētissimi naturæ tradūt.Quod in plenū satis sit dixisse hoc ī loco Nullis tñ arboribꝰ manifestius.Mas in palmite floret.Fœmina citra florem germinat tm̄, spinę mō.Vtrisq; aūt prīa nascit pomi caro,postea lignū intus,hoc est semē eius.Argumētū ꝙ paruę sine hoc reperiunt in eodē palmite.Est aūt oblōgū,nō ut oliuis orbiculatū.Prætetea cæsum a dorso puluinato,& in aluo media fissura plærisq; umbilicatū,unde primū spargit radix.Serit aūt ꝓnū,& bina iuxta cōposita semina,supq; totidē,qm̄ infirma singlīs plāta est.Quaternæ coalescūt. Multis cādidisq; lignū hoc a carnibꝰ discindit tunicis aliis corpi adhætētibꝰ,laxæq; distans, tātum a cacumibꝰ filo adhærēs.Caro maturescit anno. Quibusdā tñ in locis,ut Cypro, quanq̄ ad maturitatē nō ꝑueniat, grato sapore dulcis est,& foliū ibi latiꝰ,fructusq; reliqs rotūdior.Nec ut deuoret corpꝰ,ueꝝ ut expuat succo modo exꝑsso.Et in Arabia languidæ dulces tradunt eē palmæ.Quanq̄ Iuba apud Scænitas Arabas ꝑfert omnibꝰ saporibꝰ, quā uocant Dabulan. Cætero nō sine maribꝰ gignere fœminas sponte ædito nemore cōfirmant.Circaq; singlos plures nutare in eū pronas blādioribꝰ comis.Illū erectis hispidū afflatu uisuq; ipo & puluerę ēt reliqs maritare.Huius arbore excisa uiduas post sterilescere fœminas.Adeo est ueneris intellectus, uti coitus etiā excogitatꝰ sit ab hoīe,& maribꝰ flore ac lanugine,interim uero tātū puluere inspatso fœminis.Serunt aūt palmæ & trūco duoꝝ cubitoꝝ longitudine a cerebro ipo arboris uiridi, fissuris diuiso atq; defosso.Et ab radice auulsæ uitalis est satꝰ,& ramoꝝ tenerrimis.In Assyria ipa quoq; arbor strata in solo hūido tota radicat,sed in frutices nō in arborē.Ergo plātaria instituūt,anniculasq; trāsferūt,& iteꝝ bimas.Gaudent.n.mutatiōe sedis,uerna alibi,in Assyria aūt circa canis ortū.Nec ferro attingūt ibi nouellas,sed religāt comas,ut ī altitudinē exeāt. Robustas deputāt, crassitudīs grā,semipedales ramoꝝ relinquentes trūcos.Qui decisi alibi necant matrē.Diximus salsum ab his solū diligi.Ergo ubi nō est tale salē aspergūt,nō radicibus,sed longius paulo. Quędā in Syria & ægypto in binos diuidūt se trūcos, in Creta & ternos,quædā & in qnos.Ferunt stati ī trimatu.In Cypro uero Syria ægypto q̄drimæ aliæ,aliæq; qnquēnes,aliæ altitudine hoīs,nullo ītus pomi ligno q̄diu sūt nouellę,ob id spadonū accepto noīe.Gñā eaꝝ mlta.Sterilibꝰ ad materias opaq; lautiora utit Assyria,& tota Persia,Sūt & cæduę palmaꝝ quoq; syluæ, germinantes rursus ab radice succisæ.Dulcis medulla eaꝝ ī cacumīe quod cerebrū appellāt,exēptaq; uiuunt, qđ nō aliæ.Vocant aūt Chamæriphes,folio latiore ac molli,ad uitilia utilissimo.Copiosę ī Creta,Sȝ magis ī Sicilia.E palmis prunę uiuaces,ignisq; lētus.Fructiferaꝝ aliis breuiꝰ lignū ī pomo, aliis lōgiꝰ.His molliꝰ,illis duriꝰ.Quibusdā osseū lunatūq; dēte cōtra fascināres religiōe politū Aliud pluribꝰ uestitū paucioribusue tunicis.Aliud crassioribꝰ tenuioribusue.Ita fiunt undequinquagita gñā,si qs oīuȝ ꝑseq uelit noīa ēt barbara,uinorūq; ex iis differētias. Clarissimę oīum q̄s regias appellauere ab honoribꝰ,quoniā regibꝰ tm̄ Persides seruarent,Babylone natæ uno ī horto Bagoi.Ita enim uocāt spadones qui apud eos etiā regnauere. Hortus ille nunq̄ nisi dñāntis in aula fuit.At in meridiano orbe ꝓcipuā obtinēt nobilitatē Syagri.Proximæq; margarides. Eę breues cādidæ,rotundæ,acinis q̄ balanis similiores.Quare & nomen a margaritis accepere. Vna earū arbor ī Chora eē tradit,una ex Syagroꝝ.Mirūq; de ea accepimꝰ cū phœnice aue,q̄ putatur ex huiꝰ palmæ argumēto nomē accepisse,iteꝝ mori ac renasci ex seipa.Quod erat priꝰ,pomis refertā.Ipm̄ pomū grāde,durū,horridū,& a cæteris generibꝰ distās,sapore ferino, quē ferme in apris nouimꝰ,euidētissimeq; causa est noīs.Quarta auctoritas sandalidū a silītudine appellataꝝ.Iā in æthiopiæ fine qnq; earū nec plēs arbores tradūt,nō raritate magis q̄ suauitate mirabiles.Ab his caryotæ maxīe celebrant & cibo quidē,sed & succo ubertimæ.Ex qbꝰ ꝓcipua uina orīēti iniqua capiti,unū pomo nomē.Sed ut copia ibi atq; fertilitas,ita nobilitas in iudæa,nec ī tota, sed hierecūte maxīe.Quāq̄ laudatę & archelaidæ,& phaselidę,atq; lybiadę gētis eiusdē cōuallibꝰ.Dos his ꝓcipua.Succo pingui lactētibus, qñq; uini sapore in melle ꝑdulci. Sicciores in hoc gñē Nicolai,

sed amplitudinis

sed amplitudinis pcipue qterni cubitorum lõgitudiné efficiũt. Minus spaciosæ, sed sapore caryotarum sorores, & ob hoc Adelphides dictæ, pximá suauitaté hñt, nõ tñ eandé. Tertiũ ex his genus pateron, & nimio liquore abũdat. Rũpitq se pomi ipsius etiá in suá matré ebrietas calcaris simile. Suũ genus, sed e siccicore turba iacẽs dactylis plonga gracilitate curuatis in terrá. Ná quos ex his deorum honori dicamus, Idæos appellauit iudea gens cõtumelia numinũ isignis. In totũ arẽtes Thebaides atq Arabicæ, macro corpe exiles, & assiduo uapore torrẽtes. Crustá uerius q̃ cuté obducũt. In ipsa qdé æthiopia friat hæc, táta est siccitas, & farinæ mõ spissat in pané. Gignit aũt in frutice ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotũdo, sed maior q̃ mali amplitudie, Cycas uocát. Triẽnio maturescũt. Sempq frutici pomũ est subnascẽte alio. Thebaidis fructus ex téplo in cados cõdit, cũ sui ardoris aiaz. ni ita fiat, celeriter expiret, marcescitq nõ retostus furnis. Ex reliquo gñe plebeæ uidẽt. Syri hoc & Iuba trágemata uocát. Ná i alia pte phœnicis Ciliciæq populari etiá noie a nobis appellant balani. Eorũ quoq plura genera. Differũt figura rotũditatis aut pceritatis. Differũt & colore; nigriores ac rubẽtes, Nec pauciores ficu tradunt colores. Maxie tñ placẽt candidi. Distár & magnitudine put multi cubitũ effecere. Quidá sunt nõ ampliores faba. Seruant hi demũ, qui nascunt in salsis atq sabulosis, ut Iudæa, & Cyrenaica Africa. Non ité in ægypto. Cypro, Syria, Seleucia, Assyria. Quamobrem sues & reliq̃ aíalia ex his saginant. Vitiati aut uetusti eius pomi signũ est, decidisse cádidá uerrucá, quæ racemo adhæserit. Alexádri milites palmis uiridibus strágulati sunt. In Gedrosis id factũ est pomi genere. Alibi copia euenit. Est eni táta musteis suauitas, ut finis mandendi non nisi periculo fiat.

De Syriæ arboribus. Cap.v.

SYria præter hác peculiares habet arbores. In nucum genere Pistacia nota. Prodesse aduersus serpẽtiũ tradũtur morsus, & potu & cibo. In ficorum auté caricas & minores eius generis, quæ cottana uocant. Item pruna in Damasco monte nata, & myxa, utráq iam familiaré Italiæ. Ex Myxis in ægypto & uina fiũt. Iuniperi silitudinem habent phœnices & cædrũ minoré. Duo eius gña, Lycia & Phœnicia. Differũt folio. Ná quæ durũ, acutũ, spinosũ habet, Oxycædros uocat ramosa & nodis infesta. Altera odore pstat. Fructũ ferũt myrti magnitudine, dulcé sapore. Et maioris cædri duo genera. Quę floret fructũ nõ fert. Fructifera nõ floret. Et i ea antecedẽté fructũ occupat nouus. Semé eius cupresso simile. Quidá cædralaté uocát. Ex hac resina laudatissima. Materiæ uero ipsi æternitas. Itaq & simulacra deorum ex ea factitauerũt. Cædrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus e Seleucia aduectus. Cædro similis in Arcadia est arbor, quæ in Phrygia frutex uocatur.

De Terebintho. Cap.vi.

SYria & Terebinthũ habet. Ex his mascula est sine fructu. Fœminarum duo gña. Alteri fructus rubet lentis magnitudie, alteri pallidus. Cũ uite maturescit nõ grádior, faba, odore iucundior, tactu resinosus circa Idam Troadis. Sed in Macedonia breuis arbor hæc atq fruticosa. In Damasco Syrię magna. Materies ei admodũ léta, ac fidelis ad uetustaté, eximii ac nigri splẽdoris, flos racemosus oliuę mõ, sz rubẽs, folia dẽsa. Fert & folliculos emittẽtes qdá aíalia, ceu culices, lẽtoréq resinosum, q & cortice erũpit. Etiá thus Syriæ mascula fert, sterili fœmia folio ulmi paulo lõgiore & piloso, foliorum iter se semp cõtrariis pediculis, gracili breuiq ramo, pelles cádidæ conficiunt. Iis semen lenti simile cũ uua rubescit, quod uocat thus medicamentis necessarium.

De ficu ægyptia & Cypria. Cap.vii.

ET in ægypto multa arborũ genera, quæ nõ alibi. Ante oia ficus ob id ægyptia cognominata. Arbor moro silis folio, magnitudine, aspectu. Pomũ fert nõ ramis, sed caudice ipso. Idq ipm ficus est pdulcis, sine granis interioribus, perq̃ fœcũdo puentu, scalpẽdo tantum ferreis unguibus, aliter nõ maturescit. Sed cũ factũ est q̃rto die demetit, alio subnascẽte, septeno ita numerosa partu per singlas æstates multo lacte abũdáte. Subnascit etiá, si nõ scalpat fœtus quater æstate, prioréq expellit immaturũ. Materies pprii generis inter utilissimas. Cæsa statim stagnis mergit. Hoc est eius siccari. Et prio sidet, postea fluitare incipit, certoq eá suggit alienus humor, q aluũ oĩe rigat. Cũ inatare cœpit, tẽpestiue habet signũ. Huic silis quadam tenus quæ uocat Cypria ficus in Creta. Ná & illa in caudice ipso fert pomũ & ramis, cũ in crassitudiné adoleuere. Sed hæc germina emittit sine ullis foliis radici similia. Caudex arboris pplo silis, foliũ ulmo. Fructus quaternos fundit, totiés & germinat. Sed grossus eius non maturescit, nisi incisura emisso lacte. Suauitas & interior fici. Magnitudo sorbi.

De Ceraunia.siliqua. Cap.viii.

Similis his siliqua, quam Iones Ceraunia uocant, trũco & ipsa fertilis, sed pomo siliquę. Ob id quidã ægyptiã ficum dixere, errore manifesto. Nõ eñ in ægypto nascit̃, sed in Syria Ioniaq;, & circa Gnidũ, atq; in Rhodo, sp comantibus foliis flore cãdido, cũ uehemẽtia odoris. Plantigera imis partibus, & ideo supficie flauescẽs succũ auferẽte sobole. Pomo antecedẽtis anni circa canis ortus detracto statim alteꝝ parit. Postea florẽ per arcturum hyeme fœtus enutriente.

De Persico ægypti & spina ægyptia. Cap.ix.

Aegyptus & Persicã arborẽ sui generis habet, silẽm pyro folia retinentẽ. Fertilitas assidua eius subnascẽte crastino fructu. Maturitas Etesiarũ afflatu. Pomũ longius pyro, inclusum amygdalæ putamine & corio, colore herbido, sed ubi nux illi, huic pomũ, differẽs breuitate ac mollicie. Et q̃uis blãdiat̃ pdulcis suauitas, nõ ⁂ inocuũ. Materies bonitate, firmitudĩe, nigricia quoq; nihil differẽs a loto. Simulacra ex ea factitauer̃, nõ eadẽ grã q̃ fideli materie, ut ex arbore quã balanũ appellauim⁹, magna ex pte cõtorta. Naualis itaq; tm̃ est. At e diuerso cuci ĩ magno honore palmæ silis, qñ & eius foliis utunt̃ ad textilia. Differũt q̃ ĩ brachia ramoꝝ spargit̃. Pomo magnitudo q̃ manũ impleat, color fuluus, cõmẽdabilis succo & austero & dulci. Lignum intus grãdis firmæq; duriciæ, ex quo uelares detornãt anulos. In eo nucle⁹ dulcis dũ recẽs ẽ. Siccat⁹ durescit ad ĩfinitũ, ut mãdi nõ possit, nisi plurib⁹ dieb⁹ macerat⁹. Materies crispioris elegantiæ, & ob id Persis gratissima. Nec min⁹ spina celebrat̃ in eadẽ gẽte dũtaxat nigra, q̃m incorrupta ẽt in aqs durat, ob id utilissima nauiũ costis. Cãdida facile putrescit. Aculeus spinaꝝ & in foliis. Semẽ ĩ siliqs, quo coria pficiunt̃ gallæ uice. Flos & coronis iucũd⁹, & medicamẽtis utilis. Manat & gũmi ex ea. Sed pcipua utilitas q̃ cæsa anno tertio resurgit. Circa Thebas hæc, ubi & quercus, & Persica, & oliua. ccc. a Nilo stadus, syluestri tractu, & suis fontibus riguo.

⁂ Innocuum. Theophrast⁹,

De Pruno & arboribus circa Memphin. Cap.x.

Ibi prunus ægyptia nõ dissilis spinæ pximæ dictæ, Pomo Mespili, maturescẽs bruma, nec folia dimittẽs. Lignũ in pomo grãde, sed corpus ipsum natura copiaq; messium instar incolis. Purgatũ enim tundũt, seruantq; ei⁹ offas. Syluestris fuit, & circa Memphin regio tam uastis arborib⁹, ut terni negrent uel circũplecti, unius peculiari miraculo, nec pomũ propter usomue aliquẽ, sed euẽtũ. Facies cui spinæ folia habet ceu pẽnas, quæ tactis ab hoĩe ramis cadũt protin⁹, ac postea renascuntur.

De gummi generibus, & papyro. Cap.xi.

Gummi optimũ esse ex ægyptia spina cõuenit, uermiculatũ, colore glauco, purũ, sine cortice, dẽtib⁹ adhærẽs. Preciũ eius in libras.xiii. Deterius ex amygdalis amaris, & cerasõ. Pessimũ ex pruis. Fluit & ex uitibus, infantiũ ulcerib⁹ aptissimũ. Et aliqñ in olea dentium dolori. Vlmo etiã in Corico mõte Ciliciæ, ac ionipo ad nihil utile. Ex ulmi uero gũmi & culices ibi nascũt̃. Fit & ex sarcocolla, ita uocat̃ arbor, gũmi utilissimũ pictorib⁹ ac medicis, sile Pollini thuris, & iõ cãdidũ q̃ ruffum meli⁹. Preciũ ei⁹ q̃d supra. Nõdũ palustria attigim⁹, nec frutices amnium. Pri⁹ tñ q̃ digrediamur ab ægypto & papyri natura dicet̃. Cũ chartæ usu maxime humanitas uitæ cõstet & memoria. Et hãc Alexãdri Magni uictoria repertam, auctor est M. Varro, condita in ægypto Alexandria. Ante non fuisse chartaꝝ usum. Palmaꝝ foliis primo scriptitatum. Deinde quarũdã arboꝝ libris. Postea publica monumẽta plumbeis uoluminib⁹. Mox & priuata linteis cõfici cœpta, aut ✝ ceris. Pugillariũ enĩ usum fuisse ante Troiana tẽpora iuenim⁹ apud Homeꝝ. Illi uero pdẽte ne terra quidẽ ipa tota fuisse, quæ nũc ægyptus intelligit̃, cũ in Sebẽnytico saltẽ eius nois charta nascat̃. Postea adaggeratã Nilo. Siqdẽ a Pharo ĩsula quæ nũc Alexãdriæ ponte iũgit̃ noctis dieiq; uelifico nauigii cursu terrã fuisse pdidit. Mox æmulatiõe circa bibliothecas regũ Ptolemæi & Eumenis supprimente chartas Ptolemæo, idẽ uarro mẽbranas pgami tradidit repertas. Postea pmiscue patuit usus rei, qua cõstat ĩmortalitas hoim. Papyꝝ ergo nascit̃ ĩ palustrib⁹ ægypti, aut qescẽtib⁹ Nili aqs, ubi euagatæ stagnãt duo cubita, nõ excedẽte altitudine gurgitũ. Brachiali radicis obliq crassitudĩe, triãgulis laterib⁹, decẽ nõ ampli⁹ cubitorum lõgitudine in gracilitatẽ fastigiatũ thyrsi modo cacumẽ includens. Semine nullo aut usu ei⁹ alio q̃ floris ad deos coronãdos. Radicib⁹ icolæ p ligno utũt̃, nec ignis tm̃ gratia, sed ad alia quoq; utẽsilia uasorũ. Ex ipo qdẽ papyro nauigia texũt. Et e libro uela, tegetesq;, necnõ & uestẽ, atq; stragula ac funes. Mãdũt quoq; crudũ decoctũq;, succũ tm̃ deuorãtes. Nascit̃ & in Syria, circa quẽ odorat⁹ ille calamus lacũ. Neq; ad alios usus illis, q̃ funibus. Rex Antigonus in naualibus usus est rebus, non dũ sparto coicato. Nup & in Euphrate nascens circa Babylonẽ papyꝝ intellectũ est eundẽ usum habere quẽ

✝ Schedis.

habere quẽ chartæ. Et tamẽ adhuc malũt Parthi nestibꝰ litteras intexere. Præparanť ex eo chartæ diuisæ acu in prætenues, sed q̃ latissimas philuras.

De gñibꝰ chartaꝝ, & quõ chartæ fiant, & de chartaꝝ ꝓbatiõe, & uitiis & glutio eaꝝ. Ca. xii.

PRincipatꝰ medio, atq; inde scissuræ ordĩe. Hieratica appellabať antiqtus, religiosis tm̃ uolumĩbꝰ dicata, quæ ab adulatiõe Augusti nomẽ accepit. Sicut secũda Liuiæ a cõiuge eius. Ita descẽdit hieratica in tertiũ nomẽ. Proximũ amphitreatricæ datũ fuerat a cõfecturæ loco. Excepit hac Romæ Fannii sagax officina, tenuatãq; curiosa interpollatione principalẽ fecit e plebeia, & nomẽ ei dedit. Quæ nõ eẽt ita recurata, in suo mãsit amphiteatrica. Post hanc Saitica ab oppido, ubi maxĩa fertilitas ex uilioribꝰ ramẽtis. Propiorq; etiãnũ cortici. Tæniotica a uicino loco põdere iã hæc nõ bonitate uenalis. Nã emporetica inutilis scribẽdo i uolucris chartaꝝ segestrĩsq; i mercibꝰ usũ p̃bet, & ideo a mercatoribꝰ cognoĩata. Post hanc papyꝝ est extremũq; eius scirpo sile, ac ne ad funes quidẽ nisi i hũore utile. Texunťq; oẽs tabulæ madẽtes Nili aq̃. Turbidꝰ liquor uim glutini p̃bet, cũ prĩo supĩo tabula Scheda adliniť, lõgitudĩe papyri, quæ potuit eẽ segminibꝰ utrinq; amputatis. Trãsuersa postea Crates peragiť. Premũť deĩn p̃lis, & siccãť sole atq; inter se ✣ plagulæ iũgunť. A ꝓximaꝝ sp bonitate, diminutione ad deterrimas. Nunq̃ pl̃es scapo q̃ uicenæ. Magna i latitudĩe eaꝝ differẽtia. xiii. digitoꝝ optimis. Duo detrahũť hieraticæ. Fãnia denos hẽt. Et uno minꝰ amphiteatrica. Pauciores Saitica, nũc malleo sufficit. Nam emporeticæ breuitas sex digitos nõ excedit. Præterea spectanť i chartis tenuitas, dẽsitas, cãdor, lęuor. Priatũ mutauit Clau. Cæsar. Nimiæ qppe Augustæ tenuitas tolerãdis nõ sufficiebat calamis. Ad hoc tramittẽs lr̃as lituræ metũ afferebat aduersis, & al's ĩdecoro uisu ptrãslucida. Igiť & secundo corio statumĩa facta sũt e prĩo subtegmine. Auxit & latitudinẽ. Pedalis erat mẽsura, & cubitalis macrocolis. Sed rõ dep̃hẽdit uitiũ unꝰ schedæ reuulsiõe plures infestante paginas. Ob hoc p̃lata oĩbꝰ Claudia, Augustæ in ep̃lis auctoritas relicta. Liuiana suã tenuit, cui nihil e prĩa erat, sʒ oĩa e secũda. Scabritia leuigať dẽte cõchaue, sed caducę lr̃ę fiũt. Minus sorbet. Poliť & charta magis, ut splẽdeat. Rebellat sæpe humor icuriose datus, prĩoq; malleo dep̃hẽdiť, aut etiam odore cum fuerit ĩdiligẽtior. Dep̃hẽdiť & lẽtigo oculis, sed mediis inserta glutinamentis ceu tenia iũco papyri bibulo, ibi uix littera fũdẽte se tm̃ inest fraudis. Alius igiť iteꝝ texẽdis labor. Glutinũ uulgare e pollinis flore tẽperať feruẽte aq̃ mĩmo aceti aspsu. Nam fabrili a gũmi cõmissuræ fragiles sunt. Diligẽtior cura molli, panis frumẽtati, collata aq̃ feruẽte minimũ hũc modũ itergerit. Atq; etiã Nili leuitas supať. Oĩe aũt glutinum, nec uetustiꝰ eẽ uno die debet, nec recẽtius. Postea malleo tenuať, & iteꝝ glutino pcurriť, iterũq; cõstricta erugať atq; extendiť malleo. Ita sunt longinqua monumẽta Tiberii Caiq; Gracchoꝝ manus, quæ apud Põponiũ Secũdum, uatem ciuẽq; clarissimũ uidi annos fere post. cc. Iã uero Ciceronis ac diui Augusti Virgiliiq; sæpenumero uidemus.

✣ plagellæ

De libris Numæ. Cap. xiii.

INgentia quidẽ exẽpla cõtra Varronis sententiã de chartis reperiunť. Nãq; Cassius Hemina uetustissimus auctor annalium, quarto eoꝝ libro ꝓdidit Cn. Terentiũ scribã agrum suũ in ianiculo repastinantẽ offendisse arcã, in qua Numa qui Romæ regnauit situs fuisset. In eadẽ libros eiꝰ reptos. P. Cornelio. L. filio Cethego. M. Bebio. Qu. filio Pãphilo coss. Ad quos a regno Numę colligũť anni. d. xxxv. & hos fuisse e charta. Maiore etiãnũ miraclo, q tot ĩfossi durauerũt annis. Quapropter i re tãta ipiꝰ Heminę uerba ponã. Mirabãť alii quõ illi libri duraŕ potuissẽt. Ille ita rõnẽ reddebat. Lapidẽ fuisse q̃dratũ circiter ✣ in media arca uinctum cãdelis quaqua uersum. In eo lapide insup libros ĩpositũ fuisse, ꝓpterea arbitrarier eũ nõ cõputruisse. Et libros cædratos ꝓpterea arbitrarier eũ tineas nõ tetigisse. Nulla in his libris scripta erãt, nisi p̃hiæ pythagoricæ. Eosq; cõbustos a. Qu. Pœtelio p̃tore, qa p̃hiæ scripta essent. Hoc idem tradit. C. Piso Censorĩꝰ prĩo cõmẽtarioꝝ libro. Sed libros septẽ iuris põtificii, totidẽq; pythagoricos fuisse. Tuditanus uero. xiiii. Numæ decretoꝝ libro. xii. fuisse. Ipe Varro hũanaꝝ antiqtatũ. vi. Antias secũdos libros fuisse. Ex his. xii. põtificales latinos, totidẽ græcos p̃cepta philosophiæ cõtinẽtes. Idẽ tertios ponit, quo cõburi eos placuerit. Inter oẽs uero cõuenit Sibyllã ad Tarqniũ supbũ tres libros attulisse. Ex qbus igni duo cremari ab ipa. Tertius cũ capitolio Syllanis tẽporibꝰ. Pręterea Mutianus ter cõsul ꝓdidit nup se legisse cũ p̃sideret Lyciæ, Sarpedonis a Troia scriptam in quodam tẽplo ep̃lę chartã. Quo eo magis miror, si etiãnũ Homero ꝓdente ægyptus nõ erat. At cur si iam hic erat uisus i plũbeis linteisq; uolumibꝰ scriptitatũ cõstet? Cur & Homerus i ipsa illa lycia Bel

✣ In medio arcæ.

lerophonti codicillos datos nõ epl'as ꝑdidit.Sterilitaté ſentit quoq;.Factũq; iam Tiberio princi pe inopia chartæ,ut e ſenatu darenť arbitri diſpenſandi alias in tumultu uita erat.

De arboribus æthiopiæ. Cap.xiiii.

AEthiopia ægypto cõtermina inſignes arbores non fere habet,p̃ter laniferas,quaꝝ natura in deſcriptiõe Indoꝝ atq; Arabiæ dicta eſt.Proprio tñ huic natura lanæ,maiorq; foliculꝰ granati mõ mali.Sil'eſq; & inter ſe arbores ip̃æ,p̃ter hãc palmæ q̃les retulimus,Inſularum arbores ambitu æthiopiæ & nemora odorata in mentione earum dicta ſunt.

De atlantis arboribus & citreis,& quæ in his laudenť,& quæ uituperenť. Cap.xv.

ATlas mons peculiari prodiť ſylua,de q̃ diximus.Cõfines ei Mauri,q̃bus plurima arbor Citri & méſaꝝ inſania,quas fœminæ uiris cõtra margaritas regerũt.Extant hodie.M.Cicetonis in illa pauptate,& qđ magis miꝝ eſt in illo æuo emptæ libris.xi.Cũ his memoráť & Galli Aſinii,quæ libris.xi.uenũdaræ ſũt.Et duę a Iuba rege uédéte.Quarũ alteri p̃ciũ fuit libris xv.alteri paulominꝰ,interiit nup incédio qná Cethegus decedés libris.xliii.ꝑmutauerat latifũdi taxatiõe,ſi qs p̃dia tanti mercari malit.Magnitudo ampliſſima adhuc fuit unius cõmiſſæ ex orbibꝰ dimidiatis duobꝰ a rege Mauritaniæ Ptolemæo q̃ttuor pedũ & ſemipedis p mediũ ambitũ craſſitudie q̃dratali.Maiuſq; miraculũ in ea eſt artis latéte iũctura,q̃ potuiſſet eé natura. Solidæ a Nomio Tiberii Cæſaris liberto cognomé trahétis tribꝰ ſicilicis ĩfra q̃ttuor pedes,totidéq; ĩfra ſemipedé craſſitudis.Qua in re nõ omittédũ uideť.Tiberio principi méſam q̃ruor pedes ſextan re & ſicilico excedéte.Tota uero craſſitudie ſeſcũtiali opiméto cõchilii & lamiæ p mediũ ueſtitã fuiſſe,cũ tã opria Nomio liberto eiꝰ eét.Cuiꝰ materia erat tuber,hoc eſt radicis uitiũ. Maxieq; ĩ eo laudatũ qđ ſub terra totũ fuerit & rariꝰ,q̃ quæ ſupne,q̃q; gignunť ét ĩ ramis, ꝓprieq; qđ tanti emiť arboꝝ uitiũ eſt,quaꝝ amplitudo ac radices æſtimari poſſũt ex orbibꝰ. Sũt auté cupreſſo fœminæ etiãnũ ſylueſtri ſil'es folio,odore,caudice. Anchorariꝰ mons uocať citerioris Mauritaniæ,q laudatiſſimã dedit citrũ iã exhauſtꝰ.Méſis p̃cipua dos in uena criſpis,uel in uertice ♣puis. Illud oblõgo euenit diſcurſu,ideoq; Tigrinæ appellanť.Hoc in torto,& ideo rales pãtherinæ uocáť.Sũt & undatim criſpæ,maiore gr̃a ſi pauonũ caudæ ocl'os imitenť.Magna uero poſt has gr̃a extra p̃dictas criſpi déſa uelnti grani cõgerie,quas ob id a ſil'itudie apiatas uocãt.Sũma uero oĩꝫ in colore.Hic maxie *mulli placet ſuis refulgés uenis.Poſt hæc amplitudo etiã totiꝰ caudicis. Iuuãt plura quoq; in una méſa uitia.Lignũ ita uocať materia ſurda,& ĩdigeſta ſimplicitas,aut plarani folioꝝ modo digeſta.Illigneæ uenæ etiã ſil'itudo,uel coloris,& quibꝰ maxie obnoxias feceť æſtꝰ,nétiq; rimæ,aut capillaméta rimas imitara.Poſtea murena nigro rráſcu trés limite, uariiſq; corticũ pũctis app̃héſus papaueꝝ mõ,& ĩ totũ atro propior colos maculæue diſcolores.Virides terra cõdũt barbari,& cæra illinũt.Artifices uero fruméti aceruis imponũt ſeptenis diebꝰ, toridé intermiſſis.Mirũq; põderi quantũ ita detrahant. Naufragia docuere.Nup quoq; hãc materiã ſiccatã mari duricie & maturitate incorrupta ſpiſſari,nõ ullo mõ uehemétiꝰ. Nutriunť optime, ſplédeſcũtq;,manuq; ſicca fricanť ab alienis maxie,ne ab accolis lædanť, ut in his genitæ. Inter pauca nitidioris uitæ inſtruméta hæc arbor eſt.Quapropter inſiſtendũ ei quoq; paulum uideť.

♣Peruiis ul uariis.

*Mulſi.

De arbore Trogete. Cap.xvi.

NOta etiã Homero fuit,Trogete uocať,ab aliis Thia.Hãc igiť inter odores,ut tradit in deliciis Circes,quã deã uolebat intelligi magno errore eoꝝ qui odoraméta in eo uocabulo accipiũt.Cũ p̃ſertim eodé uerſu citrũ laricéq; una tradat.In quo manifeſtũ é de arboribꝰ tm̃ locutũ.Theophraſtus qui primus a Magni Alexádri ætate ſcribit q̃ circa urbis Romæ quadringéteſimũ q̃dtrageſimũ geſta ſũt annũ,magnũ iã huic arbori honoré tribuit memoratas ex ea referés téploꝝ ueteꝝ cõtignatões,q̃dã ĩmortalitaté materiæ in tectis cõtra uitia oĩa ĩcorruptæ. Radice nihil criſpius.Nec aliũde p̃cioſiora opa.Præcipuã aũt eſſe eã arboré circa Hámonis delubrũ.Naſci & in ĩferiore cyrenaica pte.De méſis tamé tacuit.Et alias nulliꝰ ante Ciceronianã uetuſtior memoria eſt.Ex quo nouitiæ apparét.Alia eſt arbor eodé noĩe malũ ferés execratũ aliq̃bus odore & amaritudine,aliis expetitum,domos etiam decorans,nec dicenda uerboſius.

De arbore Loto. Cap.xvii.

EAdem Africa qua uergit ad nos inſigné arboré Loton gignit,quam uocát Celtin.Et ipſam Italiæ familiaré,ſed terra mutatam.Præcipua eſt circa Syrtes atq; Naſamonas.Magnitudo quæ pyro,q̃q̃ Nepos Corneliꝰ breué tradat,inciſuræ in folio crebriores, alioqn ilicis uiderentur.

renĩ.Differẽtiæ plures,eæq; maxie fructib⁹ fiũt.Magnitudo huic fabæ,color croci,sz añ maturitaté alius atq; ali⁹,sicut in unis.Nascit̃ densus in ramis myrti modo,nõ ut in Italia cerasi.Tã dulcis cibus,ut nomẽ etiã genti terręq; dederit nimis hospitali aduenaꝝ obliuione patriæ.Ferũt uentris nõ sentire morbũ,qui eũ mandãt.Melior fine interiore nucleo,qui in altero genere osseus uidetur.Vinũ quoq; exprimit̃ huic sil'e mulso,qđ ultra denos dies negat durar̃ idẽ Nepos,baccasq; cõtusas cũ ✤siliq̃ ad cibos doliis cõdi.Quin & exercitus pastos eo accepimus ultro citroq; cõmeãtes p Africã,ligno colos niger.Ad tibiaꝝ cãtus expetit̃.Eradice cultellis capulos breuesq; alios usus excogitauit.Hæc ibi natura arboris. Est aũt eodẽ nomie & herba,& i ægypto caulis i palustriũ gñr.Recẽtibus.n.aqs Nili riguis,puenit sil'is fabæ caule,foliisq; dẽsa cõgerie,stipatis breuioribus tm̃, gracilioribusq;,cui fructus in capite papaueri sil'is incisuris,omĩq; alio mõ.Int⁹ grana ceu miliũ.Incolæ capita i aceruis putrefaciũt,mox sepãt lauãdo,& siccata tundũt, eoq; pane utũtur.Mirũ est qđ præter hæc traditur.Solo occidẽte papauera ea comprimi,& integi foliis. Adortum autem aperiri donec maturescant, flosq; qui est candidus decidat.

✤Alica

De Scapo ipso,& radice loti. Cap.xviii.

HOc amplius in Eufrate tradũt,& scapũ ipm & florem uespa mergi usq; in medias noctes. Totũq̃ abire in lacũ,ut ne dimissa quidẽ manu possit iueniri. Verti deinde,paulatimq; subrigi,& ad exortũ solis emergere extra aquã,ac florẽ patefacere,atq; etiãnum exurgere,ut plane ab aq̃ absit alte.Radicẽ lotos hæc habet mali cotonei magnitudie optã nigro cortice,q̃lis & castaneas tegit.Interius candidũ corpus,gratũ cibis,sed crudo gratius decoctũ,siue aqua,siue pruna.Nec aliunde magis q̃ purgamẽtis eius sues crassescunt.

De Paliuro,& punico malo,& de flore punici mali. Cap.xix.

CYrenaica regio Loton suæ postponit paliuro.Fructicosior hæc fructuq; magis rubens,cuius nucleus non sil'mandit̃.Iucundus per se,atq; suauior est uino.Quin & uina succo suo cõmendãs.Intrrior Africa ad Garamãtas usq;, & deserta,palmarum magnitudine & suauitate cõstat.Nobil'maxie circa delubꝝ Hãmonis.Sed circa Carthaginẽ punicũ malũ cognomẽ sibi uendicat.Aliqui granatũ appellãt.Diuisit & in gña.Apyrinon uocãdo,cui lignosus nucle⁹ abest.Sed cãdidior ei natura,& blãdiores sũt acini,minusq; amari,distincti mẽbranis.Alia structura eoꝝ quędã,ut i fauis.Cõis nucleos habentiũ.v.species,dulcia,acria,mixta,acida,uinosa.Samia & ægyptia distinguunt̃. Erythrocomis,& ✤leucocomis.Corticis maior usus ex acerbis ad pficiẽda coria.Flos balaustiũ uocat̃,& medicinis idone⁹,& tingendis uestib⁹,q̃ꝝ color idẽ nomẽ accepit.

✤Glaucocomis.

De Asiæ & Græciæ fructibus. Cap.xx.

IN Asia & Græcia nascunt̃ frutices.Epipactis,quem alii Eleborinem uocãt paruis foliis,quæ potata contra uenena prosunt,sicut Herices contra serpentes.

De Timelea siue chamælea,& tragacanthe,& de Trago,siue Scorpione,& Myrice,& Arya,& Galla. Cap.xxi.

ET i quo nascit̃ granũ gnidiũ,qđ aliq linũ uocãt.Fruticẽ uero timeleã,alii chamæleã,alii pyrosachnẽ,alii Cnestron,alii Cneoron. Est silis oleastro, foliis angustioribus,gũmosis si mordeantur,myrti magnitudie,semine,colore,& speciæ ✶farris,ad medicinæ tm̃ usum.Tragon fruticẽ sola Creta insula gignit Terebintho similẽ & seminẽ.Quod cõtra sagittarũ ictus efficacissimũ tradũt.Eadẽ & Tragacanthẽ spinæ albæ radice,multũ prælatã apud Medos,aut in Achaia nascenti.Precium eius i libras.xiii.Tragon & Asia fert,siue scorpionẽ,ueprem sine foliis,racemis rubentibus,ad medicinę usum.Myricen & Italia quam alii Tamaricen uocant;Achaiã aũt bryan syluestrẽ,insignem in ea qđ satiua tantũ ferat gallæ silem fructũ.In Syria & i ęgypto copiosa hęc est,cuius infœlicia ligna appellam⁹,quæ tamẽ infœliciora sunt græciæ.Gignit.n.arbor Ostryn,quã & ostryam uocant,solitariã circa saxa aquosa,silem Fraxino cortice,& ramis,& folio ✶pilis, paulo tamẽ longioribus crassioribusq;, ac rigosis incisuris quæ p totã discurrũt.Semine hordeo sili,& colore,& materia dura atq; firma,qua in domũ illata difficiles partus fieri pdũt,mortesq; miseras.

✶Foris. ✶Piri.

De Enonymo,& Adrachna,Congrygia,& Tapsia. Cap.xxii

NEc auspicatior in Lesbo insula arbor q̃ uocat̃ ✝Anonymos,non absilis punicæ arbori interq; eã & lauri folii magnitudine,figura uero & mollicia punicæ flore cãdidor est;statim pestem denuncians.Frtr siliq̃s Sesami siles,intus granũ q̃drangula figura,spissum,lœtale animalibus necnon & i folio eadem uis.Succurrit aliquãdo pceps alui exinanitio. Alexãder Con

✝Enonymos.

nelius arborē Eonem appellauit, ex qua facta esset argo silē m robori uiscū ferenti, quę nec aqua, nec igni posset corrūpi, sicuti nec uiscū, nulli alii cognitā qđ egdē sciā Adrachnē om̄es fer grae ciportulacæ noīe iterp̄tanť, cū illa sit herba, & Andrachne uoceť uni⁹ litteræ diuersitate Cęreꝝ Adrachne est syluestris arbor, neq͡ȝ in planis nascens, similis unedoni, folio tātū minore, & nunq̄ decidēte. Cortice nec scabro qdem, sed qui circūgelatus uideri posīit, tam tristis aspectu ē, Silis & coggrygia ē folio, magnitudie minor. Proprietatē habet fructū amittēdi lanugine pappū uocāt, qđ nulli arbori euenit. Silis & apharce bifera æque, q̄ adrachne. Priorē fructū incipiēte pubescere uua peragit, alteꝝ in initio hyemis. Quales eos nō tradiť. Et ferulā iter externas dixisse cōueniet, arborūq͡ȝ generi adscripsisse, quoniā q̄rundā naturæ sicut distiguem⁹, lignū om̄e corticis loco habēt, hoc est forinsecus, ligni aūt loco fungosam, itus medullā, ut Sambuci, Quędā uero inanitatē, ut arundines. Ferula calidis nasciť locis, atq͡ȝ trās maria gēiculatis nodata scapis. Duo ei⁹ genera. Nartheca græci uocār, assurgenrē i altitudie. Nartheciā uero semp humilē a genib⁹ exeūtia folia maxīa, ut quæq͡ȝ terræ p̄xima. Cærero narura eadē, quę Anetho, & fructui silis. Nulli fruticū leuitas maior, ob id gestata facilius baculoꝝ usum senectuti p̄bet. Semē ferulæ thapsiam quidam uocauete, decepti eo, qm̄ ferula sine dubio est thapsia, sȝ sui gn̄is folii fœniculi, inane caule, nec excedēte batuli lōgitudinē. Semē q̄le ferulæ, radix cādida. Incisa lacte mānat, & cōtusa succo, nec corticē abdicant, oīa ea uenenata. Quippe etiā fodiētibus nocet, si mima aspirat aura, itumescunt corpa, faciēq͡ȝ iuadūt ignes sacri, ob id cæroto pri⁹ illinūt. Quibusdā tn̄ morbis auxiliari dicunt medici p̄mixtā aliis. Item in alopeciis sugillarisq͡ȝ ac liuētib⁹. Ceu uera remedia desint, ut scelera cōtractent. Sed ista p̄texuerunt noxio instrumēto, rantūq͡ȝ impudētiæ est, ut uenenū artis eē persuadeāt. Thapsias in Africa uehemētissima. Quidā caulē incidūt per messes, & in ipa excauāt radice quo succ⁹ cōfluat, aresactūq͡ȝ tollūt, alii foliū. Radicē tondūt i pila, & succū i sole coactū diuidūt in pastillos. Nero Cæsar claritatē ei dedit initio imperii, nocturnis crassationib⁹ cōuerberatam faciē illinens sibi cum thure cæraq͡ȝ, & sequenti die contra famā cutē syncerā circūferens. Ignem ferulis optime seruari certum est, casq͡ȝ in ægypto præcellere.

De Cappari siue Cynosbato, aut Opheostaphyle, & de Saripha. Cap. xxiii.

IBi & cappari firmiotis ligni frutex, semisq͡ȝ & cibi uulgari. Caule quoq͡ȝ una plęrūq͡ȝ decerpto Cauēda eius genera peregrina. Siquidē Arabicū pestilēs. Africū gingiuis inimicū Marmaricum uuluis & oīum iflationibus. Apulū uomitus facit. Stomachū & aluū mouet. Quidā eū

xophio — Cynosbaton uocant, alii * Opheostaphile, fruticosi ē generis. Et † Saripha circa Nilū nascēs duo

scordō. — rum cubitoꝝ altitudine, pollicari crassitudine. Coma papyri similiq͡ȝ manditur modo. Radice fex

Phylostaphilon. — rariis officinis præcipua carbonis usu propter duriciam.

De spina Babylonis regia, & de Cytiso. Cap. xxiiii.

†Sati. — NOn omittendū est & quod Babylone seritur in spinis, qm̄ non alibi uiuit. Estq͡ȝ sicut uiscum in arboribus, sed illud in spina tantū, quæ regia uocatur. Mirumq͡ȝ eadem die germinat quod iniectuȝ est. Inicitur aut ipo canis ortu, & celerrime arborem occupat. Condiunt eo uina, & ideo seriť. Spina illa nasciť & Athenis in longis muris. Frutex est & cytisus ab Aristomacho Atheniensi miris laudibus p̄dicatus, pabulo ouium. Aridus uero etiā suū. Spōdetq͡ȝ iugero ei⁹ annuos p̄pluris, uel mediocri solo reddit⁹. Vtilitas herbosa ergo & eo lætior satietas, quę perq̄ modico pinguescūt & q̄drupedia, ita ut iumēta hordeū spernāt. Nō ex alio pabulo lactis maior copia aut melior. Super oīa pecoꝝ medicina a morbis omī usu p̄stante, Quin & nutricib⁹ in defectu lactis aridū, atq͡ȝ in aqua decoctū, potui cū uino dari iubet, & firmiores celsioresq͡ȝ infantes fore. Viridē ēt gallinis, aut si aruerit madefactū. Apes quoq͡ȝ nunq̄ de flore cytisi pabulū cōtingentes, p̄munt Democritus & Aristomachus. Nec aliud minoris ipendii est, Seriť cū hordeo, aut uere semine, ut porrū. uel caulē autūno ante brumā. Si semine, madidū. Et si desint hymbres, satū spargiť. Plantæ cubitales p̄feronť scrobe pedali. Seritur post ęqnoctia tenero frutice. Perficiť triennio. Demetiť uerno æqnoctio cū florere desinit, uel pueri, uel anus uilissima opa. Canus aspectu breuiterq͡ȝ, si quis exprimere uelit silitudinem angustioris trifolii frutex. Dať aīalibus post biduū semp Hyeme uero qđ inararuit, madidū. Satiāt equos denæ libre, & portiōe minora aīalia.

Et coepas seri, — obiterq͡ȝ inter ordines allīū e apescere fertile est. Inuētus hic frutex in Cytiso insula, inde trāslat⁹ est

uel hoc — in oēs cycladas, mox in urbes græcas magno casei p̄uentu, p̄pter qđ maxime miror ratum esse i

alueoꝝ — Italia. Non æstuum, non frigorum, nō grandinū aut niuis iniuriā expauescit. Adiicit Higin⁹, ne

hostium quidem propter nullam gratiam ligni.

De fruticibus & arboribus nostri maris, atq; rubri, & Indici. Cap.xxv.

uete ante uino ulcera optet. Sanát epinyctidas & dysenteriá cum suis nucleis, & in oleo coctę grágrenis illinunť cú cortice rhaphani & melle. Podagris & unguiú mobilibus cú panace, & p se ad purgandú os, caputq́ cú pipere cõmanducanť. Astaphisagria siue staphis, quá uuá taminiam aliqui uocát falso suú eñ genus habet, cauliculis nigris rectis foliis labruscæ, fert folliculos uetiꝰ q̃ accinos uirides, siles ciceri. In his nucleum triágulú. Maturescit cú uindéia, nigrescitq́ cú taminię rubétes norimꝰ acinos, sciamusq́ illá i apricis nasci, hác nõ nisi i opacis. His nucleis ad purgatiõeȝ uti nõ césueri pp ancipité strágulationé, nec ad pituitá oris siccádá, fauces.n. lædút. Phthiriasi caput & reliquú corpꝰ liberát triti. Faciliꝰ admixta sandaraca. Ité pruritu & psoris. Ad détiú dolores decoquúť i aceto. Ad auriú uitia rheumatismú cicatricú, ulcerũ manátia. Flos tritꝰ i uio cõtra serpentes bibiť Semen eñ abdicauerim ꝓpter nimiá uim ardoris. Quidá eñ pituitariá uocát, & plagis serpentiú utiq́ illinút. Labrusca quoq́ œnanthé fert sati dictam quæ a græcis ampelos agria appellať, spissis candicátibus foliis geniculata, rimoso cortice, fert uuas rubétes cocci modo, quæ cuté in facie mulierú purgant, & uariis coxendicú & lumború uitis tusæ cum foliis & succo prosút. Radix decocta i aqua & i uini Coi cyathis duobꝰ humoré aluit ciet, ideo hydropicis dať. Hác potius crediderim esse, quá uulgus uuam taminiá uocat, Vtunť ea ꝓ amuleto, & ad ♣ expiationé ♣Expuitionem sanguinis quoq́ adhibét. nõ ultra gargarizatiões, & ne qd deuoteť addito sale thymo aceto mulso. Ideo & purgatiõ. bꝰ ancipité * tentant. * Tépetant. Est huic similis, sed i salictis nascés, ideo distiguiť noíe, cum eosdé usus habeat, & salicastrum uocať. Scabiem & pruriginé hominú & quadrupedú aceto mulso trita hæc efficacius tollit. Vitis alba quá græci ampeloleucen, alii ophiostaphylon, alii melothon, alii psilothrú, alii archezostin, alii cedrostin, alii madon appellant. Huiꝰ sarméta lõgis & exilibꝰ internodiis geniculata scandút. Folia pápinosa, ad magnitudiné ederæ diuidunť ut uitiú Radix alba grandis, rhaphano silis initio, ex ea caules asparagi silitudine exeút. Hi decocti i cibo aluú & uriná cient. Folia & caules exulcerát corpꝰ, utiq́ ulcerũ phagedenis & grágrenis tibiarúq́ tedio cum sale illinunť. Semen in una raris acinis depéder succo rubéte postea croci. Nouere id q coria perficiút, illo eñ utunť. Psoris & lepris illiniť. Lactis abúdantiá facit coctum cú tritico, potumq́. Radix numerosis utilitatibus nobilis cõtra serpentiú ictꝰ trita drachmis duabꝰ bibiť. Vitia cutis i facie uarosq́ létigines & suggillata emédat & cicatrices. Eadéq́ ꝑstat decocta i oleo decocto, dať & in comitialibus potus. Ité méte cõmotis, & uertigine laborátibꝰ drachmæ pondere quottidie anno toto. Et ipa aút largior aliquáto purgat sensus. Illa uis ꝑclara ꝙ ossa ifracta extrahit in aqua iposita, ut bryenia, quare qdam hanc albam bryeniá uocant. Alia uero nigra efficacior in eodé usu cú melle & thure. Suppurationes icipiétes discutit, ueteres maturat & purgat Citméses & uriná. Elegma ex ea fit suspiriosis, & cõtra lateris dolores uulsis ruptis. Splené ternis obolis pota. xxx. diebus cõsumit. Illiniť eadem cú fico & pterygiis digitorú. Ex uino secúdas fœminarum apposita trahit, & pituitam drachma pota ex aqua mulsa. Succꝰ radicis colligi debet ante maturitaté semis. Qui illitus p se & cú eruo lætioré quodá colore & cutis teneritate, mágonizat corpora. Serpétes fuga. Tundiť ipa radix cú pingui fico, erugatq́ corpus, si statim bina stadia ambuleť, alias urit, nisi frigida statim abluať. Iucúdiꝰ hoc idem præstat nigra uitis, quoniá alba pruritum affert. Ergo & nigra quá proprie etiam bryeniá uocant, alii chironiá, alii gynecantheu, aut aproniá, similé priori, præterq̃ colore. Huius eñ colorem nigrum esse diximus, cuius asparagos similes. Diocles prætulit ueris asparagis i cibo urinæ ciendæ lyeniq́ minuédo. In frutetis & harúdinetis maxíe nasciť. Radix foris nigra, itus buxeo colore, ossa ifracta efficaciꝰ extrahit q̃ supra dicta. Cæterú eidé peculiare est quod iumentorũ ceruicibus unice medeť, Aiút si quis in uilla eá extruxerit, fugere accipitres tutasq́ fieri aues uillaticas, aliter eadé i iuméto hoieq́, flegma aut ságuiné qui screať, talo circúligata sanat. Et hactenꝰ de uitiú generibus. Musta differétias habét ♣Talos naturales has, ꝙ sunt cádida aut nigra, aut inter utrúq́ alia ex aliis ex qbꝰ uinú fiat, alia ex qbus passum. cutaq́ differétias innúerabiles facit. In plenú ergo hoc dixisse cõueniet. Mustum oẽ stomacho inutile, uenis iucundú. A balneis raptim & sine interspiratione potú necat, cantharidú natura aduersať. Item serpétibus maxime hæmorrhoidæ & salamandræ. Capitis doloris facit & gutturi inutile. Prodest renibus, iocineri, & iteraneis uesicæ colleuat eñ ea. Priuatim cõtra buprestin ualet. Contra meconiú, lactis coagulationé, cicutam, toxica, dorycnidiú ex oleo potum redditúq́ uomitionibꝰ. Ad oẽia infirmius album, iucundius passi mustum, & ꝙ minoré capitis doloré afferat. Vini genera differétiasq́ perquá multas exposuimꝰ, & fere cuiusq́ proprietates. Neq́ est ulla

pars difficilior tractatu,aut numetofior.Quippe cũ sit tardũ dictu plurib⁹ ꝓsit an noceat? Prætetea q̃ ancipiti euẽtu potu statim auxiliũ fit,aut uenenũ.Eteni de eius natura quæ ad remedia tm̃ pertinẽt nũc loqmur.Vnũ de dando eo uolumẽ Asclepiades cõdidit,ab eo cognominatum, qui uero postea de uolumie illo differnere innũeti.Nos ista Romana grauitate attiũq; liberaliũ appetẽtia nõ ut medici,sed ut iudices salutis humanæ diligẽter distinguem⁹.De generib⁹ singlis differete imẽsum & inexplicabile est discordib⁹ medicoꝝ sentẽtiis.Surrentinũ ueteres maxie ꝓbauere,sequẽs ætas albanum aut falernũ.Deĩde alia alii iniqssimo genere decreti, quod cuiq; gratissimum cæteris oĩb⁹ pronũciãdo.Quin ut cõstarẽt sentẽtiæ,quota portio tamẽ mortaliũ iis generibus posset.uti?Iam uero nec ꝓceres usq̃ synceris . Eo uenete mores,ut nomina cellarum modo ueneãt,statimq; iu lacubus uindemiæ adulterent.Ergo hercle mirũ dictu.Innocenti⁹ iam est qđ cũq; & ignobili⁹.Hæc tm̃ facere cõstantissime uidentur sententiæ uictoriã, quorum mentionem fecimus,si quis hoc quoq; discrimẽ exigat.Falernũ nec in nouitate,nec in nimia uetustate corpori salubre est.Media eius ætas a qntodecimo anuo incipit. Hoc non tigido potu stomacho utile, nõ itẽ in calido.Et in diutina tussi sorbet merũ utiliter a ieiunis.Itẽ i q̃rtanis. Nullo æq̃ uenæ excitãt,aluũ sistit,corp⁹ alit.Creditũ est obscuritatẽ uisus facere,nec ꝓdest neruis,aut uesicæ.Alba neruis utiliora.Stomacho min⁹ quæ sunt dulcia,nel austera.Falerna utiliora . Cõcoctionẽ min⁹ adiuuãt.Stomachũ modice implẽt.At surrentina nnllo modo,nec caput tentant,stomachi & itestinoꝝ rheumatismos cohibent.Cecubũ iam non gignitur.At quæ supsunt setina cibos cõcoqui cogunt.Viriũ plus surrẽtino,austeritaris albano,uehementiæ minus falerno.Ab his statana non lõgo iteruallo absfuerũt.Aluo citæ signũ maxime cõducere indubitatũ est.Reliqua in cõmune dicit.Vino alunt uires,sanguis colosq; hominũ.Hoc quoq; distat orbis medi⁹,& mitior plaga a circũiectis,quantũ illis feritas facit roboris,tantũ nobis hic succus . Lactis potus ossa alit.Frugum neruos,aquæ,carnes.Ideo minus roboris est in corporibns illis,& minus roboris cõtraq; labores patiẽtiæ.Vino modico nerui iunant,copiosiore lædunt,sic & oculi.Stomachus recreat . Appetẽtia ciboꝝ iuitat.Tristiciæ cura hebetat.Vrina & algor expellit.Sõn⁹ cõciliat.Preterea uomitionẽ sistit.Collectiones extra lanis humidis impositis mitigat.Asclepiãdes utilitatẽ uni æquari uix deoꝝ potentia posse pronuntiauit.Vetus copiosiore aqua miscetur.Magis nouum urinam expellit,minus siti resistit.Dulce min⁹ inebriat,sed stomacho innatat.Austeꝝ facilius concoquit . Leuissimũ est,qđ celetrime inueterat .Minus infestat neruos quod uetustate dulcescit·Stomacho min⁹utile est pingue nigrũ,sed corpora magis alit,tenue & austerũ minus alit , magis stomachũ nutrit.Celerius per urinã transit,tantoq; magis capita tentat.Hoc & in oĩ alio succo semel dictũ sit.Vinũ si sit fumo iueteratũ insalnberrimum est.Mangones ista in apothecis excogitauere.Iam & patressamilias ætate ademere his quæ per se cariẽ traxere.Quo certe uocabulo satis cõsilii dedere prisci,qm̃ & in materiis cariẽ fumus erodit . At nos e diuerso fumi amaritudine uetustatem indui ꝑsuasum habemus.Quæ sunt admodũ exalbida,hæc netustate insalubria fiunt . Quo generosius uinũ est,hoc magis uetustate crassescit,& in amaritndinẽ corpi minime ntilem coit. Cõdire eo aliud min⁹ annosũ isalubre est.Sua cuiq; uino saliua ĩnocẽtissima.Sua cuiq; ętas gratissima hoc est media.Corp⁹ augere uolẽtib⁹,aut mollire aluũ cõducit inter cibos bibere.Cõtra minuẽtibns,aluũq; cohibẽtibus sitire in edendo,postea parũ bibere. Vinũ ieiunos bibere nouitio inuẽto,inutilissimũ est.Curas uigorẽq; animi impedit ad procinthũ tendentib⁹.Somno uero accommodatũ ac securitatib⁹.Iamq; dudum hoc fuit,quod homerica illa Helena ante cibum ministrauit.Sic quoq; in ꝓuerbiũ cessit,sapientiã uino obumbrari.✤uitio damus homini , quod soli animaliũ nõ sitiẽtes bibimus.Aquæ potum interponere utilissimũ.Itemq; iugi supbibere ebrietati, quã qdem frigidæ potus extẽplo discutit.Meracis potionibus per.xx.dies ante canis ortũ totidẽ postea suadet Heliodus uti.Merum qdem remedio est contra cicutas,coriandrũ,aconita,uiscuꝫ. meconiũ,argentũ uiuũ,apes,uespas,crabrones;phalangia,serpentiũ scorpionũq; ictus , contraq; oĩa quæ refrigerãdo nocent.Priuatim cõtra hæmorrhoidas,presteras,fungos.Item cõtra inflationes rosionesq; præcordiorũ,& quorũ stomachus in uomitiones effundit . Et si uenter aut interanea rheumatismũ sentiant.Dysentericis,sudatorib⁹,in longa tussi,epiphoris meracnm . At uero cardiacis in mãma leua merum in spongia imponi prodest.Ad oĩa autẽ maxime album inueterascens.Vtiliter etiam fouetur uino calido uirilitas inmẽtis,quo etiam infuso cornu lassitudinẽ auferri aiũt.Simias q̃drupedesq; qbus digiti sũt,negãt crescere assuetas meri potu.Hũc circa ęgri

✤Vino debem⁹ hoĩs

tudines ſermo de uinis erit. Saluberrimũ liberaliter genitis Cápaniæ quodcũq; tenuiſſimũ. Vulgo uero quod queq; maxime iuuerit ualidũ. Vtiliſſimum oṁibus ſacco uiribꝰ fractis. Meminerimus ſuecũ eé qui feruẽdo uires e muſto ſibi fecerit. Miſceri plura genera oibꝰ inutile. Saluberrimum cui nihil í muſto additum eſt, meliuſq; ſi nec uaſis pix affuit. Marmore eṁ & gypſo, aut calce condita quis non etiam validꝰ expauerit? In primis igitur uinũ marina aqua factũ inutile eſt ſtomacho, neruis, ueſicæ. Reſina cõdita frigidis ſtomachis utilia ſeſe exiſtimat. Non expedire uomitionibꝰ, ſicut neq; muſtũ, neq; ſapa, neq; paſſum. Nouitium reſinatũ nulli conducit. Capitis dolorẽ & uertigines facit, ab hoc dicta crapula eſt. Tuſſientibꝰ & in rheumatiſmo nolata pſunt. Itẽ cæliacis & dyſentericis mulierum menſibus. In hoc genere rubrum nigrumue magis conſtringit, magiſq; calefacit. Innocẽtiꝰ pice ſola cõditũ. Sed & picem meminiſſe debemꝰ non aliud eſſe ꝗ cõbuſtæ reſinæ fluxũ. Hoc genꝰ uini excalefacit, concoquit, purgat pectori, uentri utile. Item uuluaꝝ dolori ſi ſine febre ſint, ueteri rheumatiſmo, exulceratiõi, ruptis, cõuulſis, neruoꝝ infirmitati, inflationibꝰ, tuſſi, anhelationibꝰ, luxatis, in ſuccida lana ípoſitum. Ad oía hæc utiliꝰ id quod ſponte naturæ ſuę picem reſipit, picatũq; appellat. Heluenaco quoq; tamẽ nimio caput rẽtari cõueniet. Quod ad febriũ ualetudies attinet, certũ eſt nõ dandũ in febre, niſi ueteribꝰ ęgris uinum, nec niſi declináte morbo. In acutis uero periculis nullis niſi qui manifeſtas remiſſiones habeát, & has noctu potiꝰ. Dimidia eṁ pars periculi eſt noctu, hoc eſt ſpe ſomni bibentibꝰ, nec a partu ab ortuue, nec a libidie ægrotátibꝰ, nec í capitis doloribꝰ, nec quoꝝ acceſſiones cũ frigore extremitatum faciãt, nec í febri tuſſientibꝰ, nec in tremore neruorũq; doloribꝰ uel fauciũ, aut ſi uis morbi circa illa intelligat, nec in duritia ꝑcordiorũ, uenarũ uehemẽtia, neq; iu opiſthotonio, tetano, nec ſingultiẽtibꝰ, nec ſi cũ febre diſpnoea ſit. Minime uero oculis rigẽtibus, & genis ſtantibꝰ, aut defectis grauibuſq;, nec quoꝝ conniuẽtiũ perlucebunt oculi, neu palpebris non coeuntibus. Vel ſi dormiẽtibꝰ hoc idẽ eueniet, Aut ſi cruore ſuffundunt oculi, uel ſi lemæ í oculis erũt. Minie lingua fungoſa, nec graui, & ſubinde impfecta loquẽtibꝰ, nec ſi urina difficile reddet. Neq; expaueſcẽtibꝰ repente. Nec ſpaſticis, aut rurſus torpẽtibus, nec ſi per ſomnos genitura effundet. Cardiacorũ morbo unicá ſpẽ in uino eſſe certũ eſt. Sed id dandũ ꝗdam nõ niſi in acceſſione cenſent, alii in remiſſione. Illi ut ſudorẽ coerceát. Hi quia tutiꝰ putát minuẽte ſe morbo, qua plurimũ ſententiá eſſe uideo. Dari utiq; nõ niſi in cibo debet, nec a ſomno, nec ꝑcedente alio potu, hoc eſt utiq; ſitiẽti, nec niſi in deſperatione ſũma, & uiro facilius ꝗ fœminæ, ſeni ꝗ iuueni, iuueni ꝗ puero, hyeme ꝗ æſtate, aſſuetis potiꝰ ꝗ expertibus. Modus dádi pro uehemẽtia uini. Item mixtura. Atq; uulgo ſatis putant unũ uini cyathũ duobus aq̃ miſceri. Si diſſolutio ſtomachi dandũ, & ſi cibus non deſcendat. Inter uini genera quæ fingi docuimꝰ, nec fieri iam arbitror. Eſt & ſupuacaneus eorũ uſus cũ ipſis rebus ex quibus fingit doceamus uti, & alias modũ exceſſerat medicorũ in his oſtẽtatio, ueluti e napis uinũ utile eſſe ab armoruꝫ equitatu ſue laſſitudine ꝑcipientiũ, atq; ut reliqua omittamus, etiam in iunipero. Et ſi quis ſatius cenſeat abſynthite uino utendũ potiꝰ ꝗ abſynthio ipo. In reliquis omittat. Et palmeũ capiti noxiũ uentriq; tm̃ molliẽdo, & ſanguinem excreantibus non inutile. Fictitiũ non poteſt uideri, qđ bion appellauimꝰ, cum ſit in eo ſola pro arte feſtinatio, Prodeſt ſtomacho diſſoluto, aut cibos non perficiẽte, prægnátibꝰ, defectis, paralyticis, tremulis, uertigini, torminibus, iſchiaticis. In peſtilentia quoq; ac peregrinationibꝰ uí magná auxiliandi habere dicitur. Vini etiá uitiũ tranſit in remedia. Aceto ſũma uis eſt in refrigerãdo, non tamẽ minor í diſcutiendo. Ita ſit ut infuſo terræ ſpumet. Dictũ eſt ſępius diceturq; quotiens cũ aliis proſit. Per ſe hauſtum faſtidia diſcutit, ſingultus cohibet, ſternutamẽta olfactu. Vim in balneis ęſtꝰ arcet, ſi cõtineatur ore. Quin & cũ aqua bibit. Multorũ ſtomacho utiliter gargarizat. Cum eadem cõualeſcentium & a ſolis ardoribus. Oculis quoq; illo modo ſaluberrimũ. Plurimum fotu medet poſt uredines. Itẽ lepris, furfuribus, ulceribus manátibus, canis morſibus ſcorpionũq; ictibꝰ, ſcolopendraꝝ muris araneiq;. Contra oium aculeatorũ uenena & pruritus. Item contra multipedũ morſum Calidũ in ſpongia appoſitũ aut adiecto ſulphuris ſextante ſextarii tribus aceti aut hyſſopi faſciculo medet ſedis uitiis. In ſanguinis fluxiõe poſt exciſos calculos, & oẽs alias roſiones foris í ſpongias impoſitũ ítus potum cyathis binis ꝗ acerrime. Conglobatũ utiq; ſanguinẽ diſcutit. Contra lychenas & bibitur & íponit. Siſtit aluos, & rheumatiſmos interaneorũ infuſum. Item procidentia ſedis uuluæq;. Tuſſim ueterẽ inhibet, & gutturis rheumatiſmos. Orthopnœá dentiũ labefactionẽ Veſicæ nocet, neruoꝝ íſirmitatibus. Neſciere medici quantũ cõtra aſpidas polleret, Nup ab aſpi

de calcata pcuſſus utrem aceti ferens, quotiés depoſuiſſet ſentiebat ictú, alias illeſo ſimilis. Intellectum ibi remediú eſt, potuq; ſuccurſum. Neq; altero os colluunt uenena exuggeútes, in totum uomitrix uis hæc non ciború modo eſt, uerú & rerú plurimarú. Saxa rúpit infuſum, quæ non ruperit ignis añcedens. Cibos qdem & ſapores non alius magis ſuccus commendat aut excitat, in quo uſu mitigaẜ toſto pane aut uino. Vel accédiẜ pipere ac laſere utiq; ſale compeſciẜ. Non eſt prætereundú ex eo exéplú ingens. Siqdem. M. Agrippa ſupmis ſuis annis conflictaẜ graui morbo pedú cum doloré eum ppeti nequiret, unius medicorú portétoſa ſciétia ignoráte. Diuo Auguſto tanti putauit uſu pedú ſenſuq; omi carere, dúmodo & doloreillo careret, demerſis in acetum calidum cruribus in acerrimo impetu morbi euaſit.

De aceto ſcyllino, & oxymelle, & ſapa, & fæce uini, aceti, & ſapæ. Cap.ii.

ACetum ſcyllinú inueteratú magis probatur. Prodeſtq; ſuper ea quæ diximus, aceſcentibus cibis. Guſtatum em̃ diſcutit pœnam eam, & his qui ieiuni uomunt. Callum enim faucium facit ac ſtomachi, odorem oris tollit, gingiuas adſtringit, dentes firmat, colorem melioré præſtat. Tarditaté quoq; aurió gargarizatione purgat, & tranſitú auditus aperit. Oculorú aciem obiter exacuit, comitialib⁹, meláeholicis, uertiginoſis, uuluarú ſtrangulationibus, pcuſſis aut præcipitatis. Et ob id ſanguie cõglobato. Neruis infirmis, renum uitiis perq̃ utile. Cauédú exulceratis. Oxymel antiqui (ut Dieuces tradit) hoc modo temperabát. Mellis minas. x. aceti ueteris heminas qnq;. ſalis marini pondo, thymbræ quadranté, aquæ marinæ ſextarios. v. pariter coq̃bant, decies deferueſcéte cortina, atq; diffundebát inueterabátq;. Suſtulit totú id Aſclepiades coarguitq;. Nam etiam in febribus dabant. Profuiſſe tamé fatenẜ contra ſerpentes, quos ſepas uocant, & contra meconiú, ac uiſcum & anginas, calidum gargarizatú, & auribus, & oris, gutturiſq; deſideriis. q̃ nunc oía oxyhalme contingunt, id ſale & aceto recente efficacius eſt. Vino cognata res ſapa eſt, muſto decocto, donec tertia pars ſupſit. Ex albo hoc meli⁹. Vſus cõtra cantharidas, bupreſtin, pinorú erucas, quas pityocápas uocant, ſalamádras, & contra mordétia uenenata. Secúdas partuſq; mortuos trahit cú bulbis potú. Fabianus auctor eſt uenenú eſſe ſiquis ieiunus a balneis id bibat. Conſequés hotú eſt fæx uini, ſui cuiuſq; generis. Ergo uini fæci tanta uis eſt, ut deſcédentes in cupas enecet. Experimentú demiſſa præbet lucerna q̃diu extinguaẜ deſcenſionis periculú denuntians. Illota miſceẜ medicamétis. Cum iridis uero pari pondere eruptionib⁹ pituitę illiniẜ. Et ſicca uel madida contra phalangia, & teſtium mámarúq; inflámationes, uel in quacúq; parte corporis. Item cum hordeacea farina, & thuris polline in uino decocta cremaẜ. & ſiccatur. Indeq; experimétum eſt legitimæ coctæ, ut refrigerata linguá tactu uideaẜ urere. Cellerrime exanimaẜ nõ incluſo condita. Crematio ei multú uirium adiicit. Vtiliſſima é ad cõpeſcendas lychenas, furfureſq; cú ſico decocta. Sic & lepris & ulceribus manantibus imponiẜ. Fungorú naturæ cõtraria eſt pota, ſed magis cruda. Oculorú medicamétis cocta & lota miſceẜ. Medetur illita & teſtibus & genitalib⁹. In uino auté aduerſus ſtrangurias bibitur. Cum expirauerit quoq; lauandis corpibus & ueſtibus utilis, túcq; uſum acaciæ habet. Fæx aceti pro materia acrior ſit neceſſe eſt. multoq; magis exulceret. Reſiſtit ſuppurationú incremétis, ſtomachú iteranea, uentré illita adiuuat. Siſtit earú partiú rheumatiſmos, & mulierú méſes, panos diſcutit nondú exulceratos, & anginas. Sacros ignes cum cæra. Mámas lactis ſui impatiétes eadé extinguit. Vngues ſcabros aufert. E ſerpétib⁹ cõtra ceraſtas ualidiſſima cú poléta. Cum melanthio aut contra crocodyli morſus, & canis. Et hęc cremata ampliat uires. Túc addito lentiſcino oleo illita una nocte ruffat capillú. Eadé ex aqua i lintreolo appoſita, uuluas purgat. Sæpe fæce ambuſta ſananẜ, Melius addita lanugine arúdinis. Eadé quoq; fæce decocta potaq; tuſſes ueteres. Decoquitur in patinis cú ſale & adipe, ad tumorem quoq; maxillarum & ceruicum.

De oleis & foliis oleæ, & flore & cinere & de oliua alba & nigra, & de amurca. Cap.iii.

OLearú pxima auctoritas intelligiẜ. Folia earum uehementiſſime aſtringunt, purgant ſiſtunt. Itaq; manducata impoſita ulceribus medenẜ, & capitis dolorib⁹ illita cú oleo. Decoctum eoꝝ cum melle his quæ medici uſſerint. Gingiuarum inflámationibus, paronychiis ſordidiſq; ulcerib⁹ excreſcétibus. Cum melle profluuium ſanguinis e neruoſis ptibus cohibet. Succus eoꝝ carbunculátibus excreſcétibus circa oculos ulceribus, & puſtulis, pcidentiq; pupillæ efficax, quapropter in collyria addiẜ. Nam & ueteres lachrymatiões ſanat, & genarú eroſiones. Exprimiẜ aút ſucc⁹ tuſis, affuſo uino ex aqua cœleſti. Siccatuſq; i paſtillos digeriẜ. Siſtit mé

ſes in lana admotus uuluæ. Vtilis & ſanié emanātib⁹. Item cōdylomatis, ignib⁹ ſacris, quæq; ſerpūnt ulcera, epinyctidi. Eoſdē & flos earū habet effect⁹. Vrunt & cauliculi floreſcentes, ut ſpodii uicē cinis præſtet, uinoq; infuſo iterū urit. Suppurationes & panos illinunt cinere eo, uel foliis tuſis cū melle, oculos ueto cū polenta. Succ⁹ fruticis recētis accenſi diſtillans ſanat lychenas, furfures, manātia ulcera. Nam lachrymā quæ ex arbore ipa diſtillat æthiopicę maxie oleæ, mirari ſatis nō eſt. Repti ſunt qui dentiū dolores illinendos cēſerent, uenenū eſſe pdicantes, atq; etiam in oleaſtro quærendā. E radice oleæ q̄tenerrime cortex deraſus in melle crebro guſtatu medet ſanguiné reiiciētibus, & ſuppurata tuſſiētibus. Ipius oleæ cinis cū axungia tumores ſanat, extrahitq; fiſtulas uitia, & ipas ſanat. Oliuę albę ſtomacho utiliores, uentri minus. Præclarū habēt anteq̄ cōdiant uſum, recentes per ſe cibi modo deuoratæ. Medent em̄ harenoſæ urinæ, item dentibus, aut attritis, aut cōuulſis. Nigra oliua ſtomacho iutilior, uētri facilior, capiti & ocl'is nō cōuēit. Vtraq; ambuſtis pdeſt trita & illita. Sed nigra cōmandutaſ, & ptinus ex ore ipoſita puſtulas gigni prohibet. Colymbades ſordida ulcera purgāt. Inutiles difficultatibus urinæ De amurca poteram⁹ uideri ſatis dixiſſe, Catoné ſecuti, ſed reddēda quoq; medicinæ rō eſt. Gingiuis & oris ulcerib⁹ dētiū ſtabilitati efficaciſſime ſubuenit. Item ignibus ſacris infuſa, & his q̄ ſerpūt pnonibus, nigrę oliuę amurca utilior. Item infantibus fouēdis, Albæ uero mulierū uuluæ in lana admouet. Multo aūt offiis amurca decocta efficacior. Coquiſ in cupreo uaſe ad craſſitudiné mellis. Vſus ei⁹ cū aceto, aut uino uetere, aut mulſo, ut q̄q; cauſa exigat in curatiōe oris dētiū, auriū, ulcerū, manātiū, genitalium, rhagadū. Vulneribus in linteolis imponiſ, luxatis in lana. Ingens hic uſus utiq; inueterato medicamēto. Tale em̄ fiſtulas ſanat. Infundiſ ſedis genitaliū, uuluæ exulcerationi. Illiniſ uero podagris incipientibus. Item articularibus morbis. Si uero cū omphacio recoquaſ ad mellis craſſitudiné, caſuros dentes extrahit. Itē iumentorū ſcabié cū decocto lupino, & chamæleonte herba mire ſanat. Cruda amurca podagris foueri utiliſſimum.

De foliis oleaſtri, & œnanthino oleo, & cicino, & amygdalino, & laurino, & myrteo, chamemyrſino, & cupreſſino, & citreo caryno. Cap. iiii.

OLeaſtri foliorū eadē natura. Spodiūq; e cauliculis uehementius inhibet rheumatiſmos Sedat inflammationes oculo℞, purgat ulcera alienata explet, ereſcētia leniter prodit, ſiccat, & ad cicatricē pducit, cætera ut in oleis. In hoc aūt peculiare, q̄ folia decoquūt ex melle, danſq; cochlearibus cōtra ſanguis excreatiōes. Oleū tamē acrius atq; efficaci⁹, & os quoq; colluitur illo. Ad dentiū infirmitatē imponūt folia, & parōychiis, & carbūculis, & cōtra oēm collectionem cū uino, iis uero q̄ purganda ſint, cū melle. Miſcent oculorū medicamētis & coctum foliorū & ſuccus oleaſtri. Vtiliter etiā auribus iſtillaſ cū melle, uel ſi pus effluat. Flore oleaſtri cōdylomata illinunt & epinyctides. Item farina hordeacea uenter, in rheumatiſmo cū oleo capitis dolorib⁹ Cutē in capite ab oſſibus recedētē cauliculi decocti, & cum melle impoſiti cōprimūt. Ex oleaſtro maturi in cibo ſumpti ſiſtūt aluū. Toſti aūt cū melle triti nomas repurgāt. Carbūculos rumpunt. Olei naturā cauſaſq; abunde diximus. Ad medicinā ex olei generibus hæc ptinent. Vtiliſſimū eſt omphaciū, pxime uiride. Præterea q̄ maxime recens, niſi cū uetuſtiſſimū quæriſ, tenue, odoratū, quodq; nō mordeat, e diuerſo q̄ in cibos eligitur. Omphaciū pdeſt gingiuis. Si cotineatur in ore, colorem dentium cuſtodit magis q̄ aliud ſudores cohit. Oenanthino idem eſt effectus qui roſaceo. Om̄i autē oleo mollitur corpus, uigorē & robur accipit ſtomacho contrariū. Auget ulcerum incrementa. Fauces exaſpat, & uenena oia cohibet, hebetatq;. Præcipue pſimyptii & gypſi in aqua mulſa. Aut ficorū ſiccarū decoctum potū cōtra meconiū. Ex aqua cōtra cātharidas bupreſti, ſalamādras, pityocāpas, per ſe potū. redditūq; uomitionib⁹. Cōtra oia ſupradicta laudatiſſimū, & laſſitudinū perfrictionūq; refectio eſt, tormia calidū potū cyathis. vi. magiſq; ruta ſimul decocta pellit. Item uentris aialia. Soluit aluū heminæ mēſura cū uio & calida aquā potū, aut ptiſanę ſucco Vlnerariis emplaſtris utile. Faciem purgat. Bubus infuſum per nares donec ructent, inflationem ſedat. Vet⁹ aūt magis excalfacit corpa, magiſq; diſcutit ſudores. Duritias magis diffundit. Lethargicis magis auxiliare & iclinato morbo. Oculo℞ claritati cōfert aliqd cum pari portiōe mellis ac opii. Capitis doloribus remedium eſt. Item ardorib⁹ i febri cum aqua. & ſi uetuſti nō ſit occaſio, decoquiſ, ut in uetuſtatē repreſentet. Oleum cicinū bibiſ ad purgationes uētris cum pari caldę mēſura. Priuati diciſ purgaſ præcordia. Prodeſt & articulo℞ morbis, diutius omnibus, uuluis, auribus, ambuſtis. Cum cinere uero muricū ſedis inflammatiōibus, item pſoræ. Colorem cutis com-

mendat,capillúqꝫ fertili natura euocat.Semé ex quo fit,nulla aíans attigit.Ellychnía ex uua fiút claritatis ꝑcipue.Ex oleo lumé obſcurú pp nimiá pinguediné.Folia igni ſacro illinunť ex aceto Per ſe auté recentia mámis & epiphoris.Eadem decocta in uino inflammationibus cum polenta & croco.Per ſe auté triduo impoſita facié purgant.Oleum amygdalinú purgat,mollit corpora. cutem erugat,nitorem cõmendat,uaros cum melle tolit a facie.Prodeſt & auribus cum roſaceo, & melle & mali punici germine decoctú.Vermiculoſqꝫ i his necat,& grauitaté auditus diſcutit, ſonos incertos,& tinnitus,obiter capitis dolores,& oculorú.Medeť furúculis.& a ſole uſtis cú cæra.Vlcera manátia & furfures cú uino expurgat,cõdylumata cú meliloto.Per ſe uero capit illitú ſomnú allicit.Oleú laurinú utilius quo recétiꝰ,quoqꝫ uiridiꝰ colore.Vis eiꝰ excalfactoria,&ideo paralyticis,ſpaſticis,iſchiaticis,ſuggilatis,capitis doloribꝰ inueteratis diſtillationibus,auribꝰ in calice punici calfactum illiniť.Silis & myrthei olei rõ,aſtringit,indurat,medeť gingiuis dérium dolori,dyſenteriæ,uuluæ exulceratæ,ueſicis,ulceribus uetuſtis uel manáribus cú ſquáma æris & cæra.Item eruptionibꝰ,ambuſtiõibus.Attritas ſanat & furfures rhagadas,cõdylomata,articulos luxatos odoré graué corpis.Aduerſať cantharidi,bupreſtin, aliiſqꝫ malis medicamétis,quæ exulcerádo nocent.Chamemyrſine oxymyrſinæ eadem natura . Cupreſſinum oleum eoſdem effectus habet quos myrtheú,ité citreum.E nuce uero iuglandiú quod carynú appellauimꝰ,alopeciis utile eſt,& tarditati autiú infuſum,Item capitis doloribus illitú.Cæterú iners & graue ſapore corpori.Enimero ſi quid in nucleo putridi fuerit,totus modus deperit.Ex cnidio grano factú eandem uim habet quá cicinú,Ex lentiſco factum utiliſſimú acopo eſt.Idemqꝫ ꝑficeret ęque ut roſaceú ni durius paulo intelligereť.Vtunť eo & contra nimios ſudores,papulaſqꝫ ſudorú.Scabiem iumétorum efficaciſſime ſanat.Balaninú oleum repurgat uaros:furúculos,lentigines,gingiuas.Cypros qualis eſſet,& quéadmodú ex ea fieret oleum,docuimus.Natura eiꝰ excalfacit,mollit neruos.Folia ſtomacho illinunť,& uuluæ concitatæ ſuccus quoqꝫ eorú apponiť.folia recentia cõmanducata,ulceribus in capite manátibus.Item oris medenť collectionibus condylomatis.Decoctú foliorum ambuſtis & luxatis ꝓdeſt.Ipa ruffant capillú tuſa adiecto ſtrutei mali ſucco.Flos capitis dolores ſedat cum aceto illitus.Idem combuſtus i cruda olla nomas ſanat,& Putreſcétia ulcera p ſe, uel cú melle.Odor floris olet,qui ſomnú facit.Aſtringit gleuciniú & refrigerat eadé rõne qua & oenanthinú.Balſaminú longe præcioſiſſimú omniú,ut in unguentis diximus.contra omes ſerpétes efficax.Oculorú claritati plurimú confert,caliginem diſcutit.Item dyſpnoeas collectiões oés duritiaſqꝫ lenit.Sanguinem denſari prohibet.Vlcera purgat,auribus,capitis doloribus,tremulis ſpaſticis,ruptis perquá utile. Aduerſať aconito ex lacte potum.Febres cum horrore uenléres per unctis leuiores facit.Vtendú tamé modice,quoniá adurit,angetqꝫ uitia non ſeruato temperaméto,Malobathri quoqꝫ naturá & genera expoſuimus.Vriná cit.Oculorú epiphoris uino expreſſú. utiliſſime imponiť.Item frontibus dormire uolétibꝰ.Efficacius ſi & nares illinanť,aut ſi ex aq̄ bibatur.Oris halitus & ſuauitaté cõmendat linguæ ſubditú folium,ſicut & ueſtiú odorem interpoſitum Hyoſcyaminú emolliendo utilius eſt,neruis ĩutile.Potum qdem cerebri motus facit,Therminú e lupinis emollit proximú roſaceo effectum habens.Narciſſinum dictum eſt cum ſuo flore. Rhaphaninú phthiriaſes longa ualetudine cõtractas tollit.Scabritiaſqꝫ cutis in facie emédat.Seſaminú aurium dolores ſanat,& ulcerú quæ ſerpút,& quæ cacoethe uocát ulcera.Liliú qđ & phyllynú & ſyrium uocauimus,renibus utiliſſimú eſt,ſudoribuſqꝫ euocandis,uuluæ molliendæ,cõcoquédoqꝫ intus ſeleucicum neruis utile eé diximꝰ,ſicut herbaceú quoqꝫ qđ Eugubini circa flaminiam uiam uendunt.Eleomeli qđ i ſyria ex ipis oleis manare diximus,ſapore melleo nõ ſine nauſea aluum emollit,bilem ꝑcipue detrahit,duobꝰ cyathis i hemia aquæ datis,q bibere tórpeſcút, excitaturqꝫ crebro.Pugnatores certaturi præſumút eo cyathú unum, piſſino oleo uſus eſt paſſim ad quadrupedum ſcabié.Eſt auté uitibꝰ oleiſqꝫ ꝓxima nobilitas palmis,inebriant recentes,capitis dolorem afferunt minꝰ ſiccæ.Nec quantum uideť,utiles ſtomacho,tuſſim exaſperant,corpus augét.Succum decoctaꝝ antiqui p hydromelite dabant ægris ad uires recreandas,ſitim ſedádá, in qué uſum ꝑferebant thebaicas.Sanguiné quoqꝫ excreátibus utiles,i cibo maxime.Illinunť cariotæ ſtomacho,ueſicæ,uentri,inteſtinis.Cum cotoneis,& cæra,& croco ſuggillata emendát.Nuclei palmarum cremati in fictili nouo cinere loto ſpodii uicem efficiunt,miſcenturqꝫ collyriis, & caliblephara faciunt addito nardo,

De Myrobalano palma,& de palma elata. Cap.v.

PAlma quæ fert myrobalanũ probatissima in ęgypto. Ossa non habet reliquarũ modo in balauis, Aluũ & mẽses ✠ cit in uino austero, & uulnera cõglutinat. Palma siue elate siue spathe medicinæ cõfert gramina folia corticẽ. Folia imponunt̃ ꝓcordiis, stomacho, iocineri, ulceribꝰ, q̃ serpũt cicatrici repugnãtia, psoras cortex eiꝰ tenet cũ resina & cæra sanat diebꝰ. xx. Decoquit̃ & ad testiũ uitia. Capillũ denigrat suffitu, partus extrahit. Datur bibendus renum uitiis & uesicæ, & præcordioꝝ. Capiti & neruis inimicus. Uuluæ ac uentris fluctionem sistit decoctũ eiꝰ. Item cinis ad tormina potus in uino albo. In uuluarum uitiis efficacissimus.

✠ Sistit Diosco.

Medicinæ ex singulorum generũ flore, foliis, fructu, ramis, cortice, ligno, succo, radice, cinere, Cap. vi.

PRoximæ uarietates generũ medicinarũq; quæ mala habẽt. Ex his uerna acerba stomacho inutilia sunt. Aluũ uesicã circũagit. Neruos lædunt cocta meliora, Cotonea cocta suauiora. Cruda tamẽ dũtaxat matura ꝓsunt sanguinem excreantibus, ac dysentericis, cholericis, cæliacis. Non idem possunt decocta, quoniã amittunt constringentem illam uim succi. Imponuntur & pectori in febris ardoribus, & tum decoquũtur in aqua cœlesti, ad eadẽ quæ suprascritpa sunt. Ad stomachi autẽ dolores cruda decoctaue cærati modo imponuntur. Lanugo eoꝝ carbunculos sanat, cocta in uino. & illita cũ cæra. Alopeciis capillũ reddũt. Quæ ex his cruda in melle condiũtur, ✠ aluũ mouẽt. Mellis autẽ suauitati multũ adiiciunt, stomachoq; id utilius faciũt. Quæ uero in melle condiunt̃ cocta, quidam ad stomachi uitia trita cũ rosaceo foliis decoctis dant pro cibo Succus crudoꝝ lyenibus, orthopnoicis, hydropicis prodest. Item mãmis cõdylomatis, uaricibus. Flos & uiridis & succus inflãmationibus oculorũ, excreationibus sanguinis, mẽsibus mulierum. Fit & succus ex his mitis cũ uino dulci tusus, utilis & cæliacis & iocineri. Decocto quoq; eoꝝ fouent̃, si procidãt uuluæ & intetanea. Fit & oleũ ex his, quod melinũ uocauimus quotiẽs nõ fuerit in humidis nata. Ideo utilissima q̃ ex Sicilia ueniũt. Minꝰ utilia struthia q̃uis cognato. Radix eorũ circũscripta terra manu sinistra capit̃, ita ut q faciat dicat q̃ capiat, & cuiꝰ cã. Sic adalligata strumis medet̃. Melimela & reliq̃ dulcia stomachũ & uentrem soluunt, siticulosa, æstuosa, sed neruos non lædunt. Orbiculata sistũt aluũ, & uomitiones & urinas ciuut. Syluestria mala si̇̃lia sũt uernis acerbis, aluũq; sistunt. Sane in hunc usum ĩmatura opus sunt, Citrea cõtra ueneũ in uino bibuntur, uel ipsa uel semẽ. Faciũt oris suauitatẽ decocto eorum colluto aut succo exp̃sso. Horũ semen edendũ præcipiũt in malacia prægnãtibus, ipsa uero cõtra infirmitatẽ stomachi, & nõ nisi ex aceto facilime mãdunt̃. Punici mali nouẽ genera nunc iterare supuacuũ. Ex his dulcia, quæ apyrina alio nomine appellauimus stomacho inutilia habent̃, inflatiões pariũt, dentes, gingiuasq; lædũt Quæ uero sapore maxime uinosa diximus, parũ nucleũ habẽtia, utiliora paulo intelligunt̃. Aluũ sistũt & stomacho dumtaxat pauca citraq; satietatẽ. Sed hæc minime danda, q̃q̃ omnino nulla in febri nec carne acinoꝝ utili nec succo. Cauent̃ aquæ uomitionibus, ac bilem reiiciẽtibus. Uuam in his, ac ne mustũ q̃dem, sed protinus uinum aperuit natura, Utrũq; uero aspiore cortice. Hic ex acerbis ĩ magno usu. Uulgus coria maxĩe ꝑficere illo nouit, ob id malicoriũ appellãt medici. Urinã cieri eodẽ monstrãt, mixtaq; galla in aceto decocto mobiles dentes stabilire. Expetit̃ in grauidarũ malacia, & quoniã gustatu moueat infantem. Diuidit̃ malũ, cœlestiq; aqua madescit ternis fere diebus. Hæc bibit̃ frigida cæliacis, & sanguinẽ excreãtibꝰ. Ex acerbo fit medicamẽtũ, stomatice uocat̃, utilissimũ oris uitiis, nariũ, auriũ, oculoꝝ caligini, & pterygiis, genitalibꝰ, & his q̃s nomas uocãt, & q̃ in ulceribꝰ excrescũt. Cõtra leporẽ marinũ hoc modo, acinis detracto cortice tusis succoq; decocto ad tertias dein cũ croci, & alumĩs scissi myrrhæ mellis Attici selibris. Alii hoc mõ faciũt. Punica acida m̃lta tradũt̃. Succus ĩ cacabo nouo coq̃t̃ mellis crassitudĩe, ad uirilitatis & sedis uitia, & oĩa q̃ lycio curant̃, aures purulẽtas, epiphoras icipiẽtes, rubras. maculas. In manibus rami punicoꝝ serpẽtes fugãt. Cortice punici ex uino decocti & ipositi pniones sanant̃. Cõtusum malũ ex tribus heminis uini decoctũ ad heminã, tormia & tineas pellit. Punicũ in olla noua opculo indito in furno tostũ & cõtritũ, potũq; in uino sistit aluum, discutit tormia. Primꝰ pomi huiꝰ ptus florere icipiẽtis cytinꝰ uocat̃ a græcis, miræ obseruatiõis multoꝝ experimẽto. Si quis unũ ex his solutꝰ uinculo oĩ cinctꝰ & calciatꝰ, atq; ẽt annuli decerpserit duobꝰ digitis, pollice & quarto sinistræ manꝰ, atq; ita lustratis leui tactu oc̃lis, mox in os additũ deuorauerit ne dẽte contingat, affirmat̃ nullã oculoꝝ imbecillitatẽ passuꝝ eo anno. Idẽ cytini siccati tritiq; carnes excrescẽtes cohibẽt. Gingiuis & dẽtibꝰ medent̃. Uel si mobiles sint, decocto succo. Ipa corpuscula trita

✠ Urinam Diosco.

ulceribus quæ serpũt putrescũtue, illinunt. Item oculoꝝ inflãmationi, intestinorũq & fere ad oĩa quæ cortices maloꝝ. Aduersat scorpionib⁹. Non est satis mirari curá diligẽtiãmq priscorũ, qui oĩa scrutati nihil intẽratũ reliqre. In hoc ipo cytino flosculi sunt, anteq scilicet malũ ipm pdeat, erũpẽtes quos balaostiũ uocari dixim⁹. Hos quoq ergo expti iuenerũt scorpiõibus aduersari. Sistũt potu mẽses fœminaꝝ, sanant oris ulcera, tonsillas, uuã, sanguis excreationes, uẽtris & stomachi solutiones, genitalia ulcera quacũq in parte manãtia. Siccauere etiã ut sic quoq experirẽtur. Inuenerũtq tusoꝝ farina dysentericos a morte reuocari, aluũ sisti. Quin & uinaceos ipos acinoꝝ expiri nõ piguit. Tosti tusiq stomachũ iuuant. Cibo aut potione inspersi bibunt ex aq cœlesti ad sistẽdũ aluũ. Radix decocta succũ emittit, qui teneas necat uictoriati põdere. Eadem discocta in aqua easdem lyciũ pstat utilitates. Est & syluestre punicum a similitudine appellatũ. Eius radices rubro cortice denarii pondere ex uino potæ somnos faciũt. Semine poto aquã quæ subierit cutẽ siccat. Mali punici corticis fumo culices fugantur.

De pyris & eorum obseruationibus, & de ficorum obseruatione, & caprifico, & erineo, & alioꝝ generib⁹ medicinæ. Cap. vii.

Pyrorum oium cibus etiam ualentibus onerosus, ægris quoq uini modo negatur. Decocta eadẽ mire salubria & grata præcipue crustumina. Quæcũq uero cum melle decocta stomachum adiuuant. Fiunt cataplasmata e pyris ad discutiẽda corporũ uitia, & decocto eorũ ad duritias utunt. Ipa aduersant boletis atq fungis, pellũtq pondere & pugnante succo. Pyrũ syluestre tardissime maturescit. Conciditur, suspẽsumq siccatur adsistendũ aluum, quod & decoctum eius potũ præstat. Decoquunt & folia cum pomo ad eosdem usus. Pyrorũ ligni cinis contra fungos etiãnum efficacius pficit. Mala pyraq portatu iumẽtis mire grauia sunt uel pauca. Remedio aiũt esse, si prius edenda dentur aliqua, aut utiq ostẽdant. Fici succus lacteus aceti naturã habet. Itaq coaguli modo lac cõtrahit. Excipit ante maturitatẽ pomi, & i ombra siccat ad aperiẽda ulcera, cienda mẽstrua appositus cũ luteo oui, aut potus cum amylo. Podagris illinitur. Cum farina fœni græci & aceto. Pilos quoq detrahit, palpebrarũq scabiẽ emẽdat. Item lychenas & psoras, aluũ soluit. Lactis ficulni natura aduersat crabronũ uesparũq & similiũ uenenis, priuatim scorpionũ. Idẽ cũ axũgia uerrucas tollit. Folia & quæ nõ maturuere fici strumis illinunt, oĩbusq q̃ emolienda sũt discutiẽdaue. Præstãt hæc & per se folia, & alii usus eoꝝ, tanq in fricãdo lychene & alopeciis, & quæcũq exulcerari opus sit, & aduersus canis morsus. Ramoꝝ teneri cauliculi cuti imponunt. Idẽ cũ melle ulceribus quæ cæria uocant, illinunt. Extrahunt infracta ossa cum papaueris foliis syluestris. Canum rabiosorũ morsus folio trito ex aceto restringũt. E nigra ficu candidi cauliculi illinunt furũculis, mutis aranei morsibus cũ cæra. Cinis eaꝝ e foliis gangrenis, cõsumẽdisq quæ excrescũt. Fici maturæ urinã ciunt, aluũ soluũt, sudorẽ mouent, papulasq. Ob id autũno insalubres, quoniã sudantia huius cibi opera corpora refrigescũt, nec stomacho utiles. Sed ad breue tẽpus. Et uoci contrariæ intelligunt. Nouissimæ salubriores q̃ primæ. Medicatæ uero nõ nunq iouenũ uires augent. Senibus meliorem ualetudinẽ faciũt, minusq rugarum. Sitim sedant, calorem refrigerãt. Ob id nõ negandæ in febribus cõstrictis, quas stegnas uocant. Siccæ fici stomachũ lædũt, guttori & faucibus magnifice utiles. Natura his excalfaciẽdi. Sitim afferũt. Aluum molliũt. Rheumatismis ei⁹ & stomacho cõtrariæ. Vesicæ sp utiles, & anhelatorib⁹, ac suspiriosis. Item iocineꝝ, renum, lyenũ uitiis. Corpus & uires adiuuãt, ob id ante athletæ hoc cibo pascebãt. Pythagoras exercitator primũ ad carnes eos transtulit. Recolligẽtib⁹ se a lõga ualetudĩe utilissimæ. Itẽ comitialibus & hydropicis, oĩbusq quæ maturãda ut discutiẽda sunt, imponunt. Efficacius calce aut nitro ad mixto. Ac coctæ cũ hyssopo pectus purgant, pituitam, tussim ueterem. Cũ uino autem & sedem, & tumoré maxillaꝝ, & furũculos, panos, parotidas decoctæ illinunt. Vtile & decocto eaꝝ fouere fœminas. Decoctæ quoq eadẽ cũ fœno græco utiles sunt pleureticis, & peripneumonicis. Cũ ruta coctæ tormibus psunt tibiarũ ulcerib⁹. Cũ æris flore & spasticis, & pterygiis. Cũ punico malo amboſtis, perniõnibus. Cõ cæra hydropicis coctæ i uino, & cũ absynthio & farina hordeacea nitro addito. Aluũ sistunt mãducatæ. Scorpionum ictibus cũ sale tritæ illinũtur. Carbunculos extrahũt in uino coctæ & impositæ. Carcinomati si sine ulcere est quã pinguissimã sicũ ipoñi, pene singulare remediũ est, itẽ phagedenæ. Cinis nõ ex alia arbore aciẽ purgat acrior, uero cõglutinat, replet, astringit. Bibitur & ad discutiendũ sanguinẽ concretum. Itẽ percussis præcipitatis. Conuulsis, ruptis, cineris cyathis singulis aquæ & olei dat tetanicis & spasticis. Itẽ potus uel infusus

tus uel infusus cæliacis,dysentericis.Et si quis eo cũ oleo perungaꝛ.excalfacit.Itẽ cũ cæra,& rosaceo subactus ambustis cicatricem tenuissimã obducit.Lusciosos ex oleo illitus emendat,dentiũq; uitia crebro fricatu.Produnt etiã si quis inclinata arbore supino ore aliquẽ nodum eiꝰ morsu abstulerit nullo uidente,atq; in aluta illigatũ licio e collo suspẽderit,strumas & parotidas discutit. Cortex tritus cũ oleo uẽtris ulcera sanat.Crudæ grossi uerrucas & thymos nitro farinaq; additis tollũt,spodiiq; uicẽ exhibet fruticũ a radice exeuntiũ cinis.Bis tostꝰ adiecto psimythio digeriꝛ in pastillos ad ulcera oculorũ & scabritiam.Caprificus etiamnũ mlto efficacior fico.Lactis minꝰ habet.Surculo quoq; eius lac coagulaꝛ in caseo.Exceptum id coactumq; in duritiã suauitatẽ carnibus affert,Fricaꝛ diluto ex aceto.Miscetur exulceratoriis medicamẽtis.Aluum soluit,uuluã cum amylo aperit.Pota mẽses cit cũ luteo oui.Podagris cũ faria fœno græci illiniꝛ.Lepras,psoras, lychenas.lentigines expurgat.Itẽ uenenatorũ ictus & canis morsus.Dentiũ quoq; dolori hic succꝰ appositus in lana ꝓdest,aut in cauis eorũ additus.Cauliculi & folia admixto eruo cõtra marinoꝝ uenena ꝓsunt.Adiciunt & uinũ.Bubulas carnes additi caules magno ligni cõpendio percoquũt Grossi illitæ strumas,& omniũ collectionũ emoliunt & discutiũt,aliquatenus & folia.Quæ mollissima sunt ex his,cum aceto ulcera manãtia & epinyctidas & furfures sanãt.Cũ melle,itẽ & foliis ceria sanant & canis morsus.Recẽtes cũ uino phagedenas,Cũ papaueris foliis ossa extrahũt.Grossi caprifici iflãmatiões discutiũt suffitu. Resistũt & sanguini taurio poto,& psimythio & lacti coagulato potæ.Item aq̃ decoctę atq; illitæ parotidas sanant.Cauliculi aut grossi eius q̃ minutissimæ ad scorpionũ ictus e uino bibunꝛ.Lac quoq; instillaꝛ plagæ,& folia imponunꝛ.Item aduersꝰ murem araneum.Cauliculorum cinis uuam fauciũ sedat . Arboris ipsius cinis ex melle,rhagadia.Radix deferuefacta in uino dentiũ dolores.Hyberna caprificus i aceto cocta & trita ipetigies tollit Illinunꝛ ramenta rami sine cortice q̃ minutissima ad scobis modũ. Caprifico quoq; medicię uniꝰ miraculũ additur.Corticẽ eius impubescentẽ puer impubis,si defracto ramo detrahat dẽtibꝰ medullam ipsam adalligatã ante solis ortum prohibere strumas.Caprificus tauros quãlibet feroces collo eorũ circũdata in tantũ mirabili natura cõpescit,ut imobiles præstet. Herba quoq; q̃ græci erineon uocant,reddenda in hoc loco propter gentilitatem.Palmo alta est cauliculis qnis fere ocimi silitudĩe,flos cãdidus,semen nigrũ,paruũ,tritum cum melle Attico,oculoꝝ epiphoris medetur,ut cum ✠cyathi,ut carptoꝝ.Manat lacte multo & dulci.Herba perquã utilis auriũ dolori nitri exiguo addito.Folia resistũt uenenis:Pruni folia decocta tonsillis,gingiuis, uuæ ꝓsũt i uino decoctæ,& subinde ore colluto.Ipsa pruna aluũ molliũt,stomacho nõ utilissima,sed breui momẽto.Vtiliora ꝑsiea succusq; eoꝝ etiamnum in uino aut in aceto expssus . Nec est alius eis pomis innocentior cibus.Nusq̃ minus odoris Succi plus,qui tamen sitim stimulet.Folia eiꝰ trita illita hæmorrhoidã sistũt.Nuclei persicoꝝ cum aceto & oleo capitis doloribus illinunꝛ. Syluestrium quidẽ prunoꝝ baccæ,uel e radice cortex in uino austero si decoquanꝛ,ita ut triens ex hemina supersit aluũ & tormĩa sistũt.Satis est singlis cyathos decocti sumi.Et in iis & satiuis prunis est limꝰ arborũ,quẽ græci lychen appellãt,rhagadis & cõdylomatis mire utilis . Mora in ægypto & Cypro sui gñis(ut diximus)largo succo abũdant,Sũmo cortice desqnãmato altiore plaga sicca mirabili natura.Succus aduersaꝛ uenenis serpẽtiũ.Prodest dysentericis,discutit panos oẽsq; collectiones. Vulnera cõglutinat,capitis dolores sedat,itẽ auriũ.Splẽicis bibiꝛ.Illiniꝛ & cõtra ꝑfrictões.Celerrime reredinẽ sentit.Nec apud nos succo usus minor.Aduersaꝛ aconito & araneis in uino potũ. Aluũ soluit,pituitasq; ac tineas & similia uẽtris aĩalia extrahit. Hoc idẽ præstat & cortex tritus. Folia tingũt capillũ cũ fici nigrę,& uitis cortice simul coctis in aqua cœlesti.Pomi ipsius succꝰ aluum soluit ꝓtinus.Ipsa poma ad ꝑsens stomacho utilia,refrigerant,sitim faciunt.Si nõ supueniat alius cibꝰ,intumescũt.Ex immaturis succus sistit aluum,ueluti aĩalis alicuius in hac arbore obseruandis miraculis,quę in natura eius diximꝰ.Fit ex pomo pãchrestos stomatice,eadẽ arteriace appellata hoc modo.Sextarii tres succi e pomo leui uapore ad crassitudinẽ mellis rediguꝛ . Post additur omphacii aridi ⁎põdo.xii.aut myrrhæ.xi.croci.xi.Sed hæc simul mixta uel trita misceꝛ decocto,Neq; est aliud oris arteriæ uuæ stomachi iucũdiꝰ remediũ.Fit & ex alio modo.Succi sextarii duo mellis.Attici decoquunꝛ,ut supra diximꝰ.Mira sunt ꝑterea q̃ ꝓdunꝛ . Mora germinatione priꝰq̃ i folia exeãt,sinistra decerpi iubeꝛ futura poma,✝rhicinos græci uocãt. Hi terrã si nõ attigere,sanguinẽ sistũt adalligati siue ex uulnere fluat, siue ore, siue naribꝰ, siue hęmorrhoidis.Ad hoc seruanꝛ repositi.Idẽ ꝑstare & ramus diciꝛ luna plena defractꝰ,incipiẽs fructũ habere. Si ter-

✠.ii.drachmis cũ cyathis attici q̃tuor.

⁎Põdus sextariorũ duorũ aut myrrhę sextarii uniꝰ croci uniꝰ.

✝Cytinos.

ram nő attigerit priuati mulietibꝰ alligatus laeerto contra abűdantiá mésiű. Hoc & quocűqȝ tpe ab ipis deeerptű ita ut terrá non attingat, adalligatuqȝ existimát pstare. Folia mori trita, aut arida decocta serpentiű ictibus iponunť. Ad idemqȝ potu proficiscíť. Scorpionibꝰ aduersať e radice corticis succus ex uino aut poica potus. Reddenda est antiquorű compositio. Suecum expressum pomi maturi imaturiqȝ mixtű coquebát in uase æreo ad mellis crassitudiné. Aliq myrrha adiecta & cupresso pduratű uas sole torrebát, permiscentes spatha ter die. Hæc erat stomatice, q̄ & uulnere ad cicatricé perducebat. Alia ratio, succű ficato exprimebát, pomo, multű sapori obioniorű cőferente. In medicina uero cőtra nomas & pectoris pituitas, & ubicűqȝ opus esset astringi uiscera. Détes quoqȝ colluebát eo. Tertiű genus sucei foliis & radice decoctis ad ambusta ex oleo illinéda Imponunť & per se folia. Radix per messes incisa succű aptissimű dentiű dolori, collectionibusqȝ & suppuratiőibus habeť. Aluű purgat. Folia mori in urina madefacta pilű coriis detrahűt. Cerasia aluű molliűt, stomacho inutilia. Eadé sicata aluű sistű, uriná ciűt. Inuenio apud auctores siqs matutino roscida deuoret cű suis nucleis, in tantű leuari aluű, ut pedes morbo liberenť. Mespila exceptis setaniis, quæ malo ppriorem uim habent. Aliqua astringunt stomachű sistuntqȝ aluum Item sorba sicca, nam recentia stomacho & aluo citæ prosunt.

De pineis & amygdalis, & nuce auellana, & de nuce iuglande, & de pistaciis, & castaneis, & siliquis, cornu, & unedone, & lauro. Cap. viii.

NVces pineæ quæ resiná habét cőtusę leuiter additis in singulis sextariis aquæ ad dimidium decoctæ sanguis excreationi medenť, ita ut cyathi bini bibanť ex eo. Cortex e pino in uino decoctus cőtra tormina dať. Nuclei nucis pineæ sitim sedant, & acrimoniam stomachi rosionesqȝ & contrarios humores cősistentes ibi, & ifirmitaté *uiriliű roborát, rhenibus & uesicę utiles. Fauces uidenť exaspare & tussim. Bilé pellűt poti ex aqua, aut uino aut passo, aut balanoꝝ decocto. Misceť his cőtra uehemétiores stomachi rosiones cucumeris semen & succus portulacæ. Item ad uesicæ ulcera & renum, qm̄ & urinam cient. Amygdalæ amaræ radicum decoctum cutem in facie corrigit, coloremqȝ hilariorem facit. Nuces ipæ somnű faciunt & auiditaté. Vriná & méses ciunt. Capitis dolori illinunť, maxíeqȝ in febri, si ab ebrietate in aceto & rosaceo ex aq̄ sextario & sanguiné sistunt. Cum amylo & menta lethargicis comitialibusqȝ psunt. Capite puncto epinyctidas sanant, e uino ueteri ulcera putrescétia. Canum morsus cum melle. Et furfures ex facie ante potu pparata. Ité iocineris & renű dolores ex aq̄ potæ. Et sæpe ex eclemate cum resina terebinthina. Calculosis & difficili urinæ in passo, & ad purgandá cuté in aq̄ mulsa tritæ sűt efficaees. Prosűt eclegmate, iocineri, tussi, & colo cum elelispacho modice addito. In melle sumiť nucis auelláæ magnitudíe. Aiunt quoqȝ qnis fere præsumptis ebrietaté non sentire potores, Vulpesqȝ si ederint eas nec cőtingat e uicino aquá lambere, mori. Minus ualent in remediis dulces, & eæ tamé purgát, & uriná ciunt, Recentes stomachű iplent. Nucibus græcis cű absynthii semíe ex aceto sumptis morbus regius sanari dieiť. Ité illitis per se uitia sedis. Et priuatim cődilomata Ité tussi & sanguinis reiectioni prodest. Nuces iuglandes graeci a capitis grauedine appellauere. Etem̄ arborű iparű foliorűqȝ uires in cerebrű penetrant. Hoeqȝ minore mométo, sed in cibis nuelei faciunt. Sűt auté recentes iueűdiores. Sicæ unguinosiores, & stomacho inutiles, difficiles cuncoctu, dolorem capitis inferentes. Tussiétibus inimicæ. & uomituris ieiunis aptæ tenasmo solo, trahűt eni pituitá. Eædé psumptæ uenena hebetát. Item anginam cű ruta & oleo. Item aduersanť cepis, leniuntqȝ earum saporem. Aurium inflammationi imponunť cum mellis exiguo. Item ruta mammis & luxatis. Cum cepa auté & sale & melle, canis hominisqȝ morsui. Putamine nucis iuglandis dens cauus inuritur. Putamen combustű tritumqȝ in oleo aut uino ifantiű capitis perűcto nutrit capillű, & ad alopecias eo sic utűtur. Quo plures qs nuces ederit, hoc facilíꝰ tineas pellit. Et quæ p ueteres sűt nuces, gangrenis & carbűculis medenť. Item suggillatis. Cortex iugládiű lychenű uitio & dysentericis pdest. Folia trita cű aceto auriű dolori. In sáctuariis Mithridatis maximi regis deuicti. Cn. Pőpeius inuenit in peculari cőmentario ipsius manu cőpositiőem antidoti duabus nucibus siccis, ité ficis totidé, & rutæ foliis uiginti simul tritis, addito salis grano, & qui hoc ieiunꝰ sumat, nullű uenenum nociturű illo die. Cőtra rabiosi quoqȝ cáis morsus nuclei a ieiuno homine cőmanducati illitiqȝ pręsenti remedio esse dieunť. Nuces auellanæ capitis doloré faciunt, inflámationé stomachi, & unguedini corporis conferűt plusq fit uerisimile. Tostæ & distillationi medenť. Tussi quoqȝ ueteri tritæ, & in aqua mulsa potę. Quidá adiiciűt grana piperis. Alii e passo bibunt. Pistacia eosdé usus & effectus

*Vitiű.

ETiam nõc in ærariis reperiuntur quæ uocãt pompholygem & ſpodiou.Differentia,q pompholyx lotura parat.Spodios illota eſt.Aliqui id qood ſit candidũ leuiſſimumq; pompholygem dixere,& eſſe æris & cadmiæ fauillam.Spodion nigriorem ponderoſioremq; eſſe deraſam parietibus fornacium mixtis ſcintillis aliquãdo & carbouib⁹.Hæc acero accepto odorẽ æris præſtat,& ſi tangatur lingoa ſaporẽ horridũ.Conoenitq; oculorũ medicamẽtis quibuſcũq; oitiis occurrẽs,& ad oĩa qoæ ſpodiou.Hoc ſolum diſtat q hoios elutior ois eſt. Addit & in emplaſtra, qbus lenis quærit refrigeratio & ſiccatio. Vtilior ad oĩa quæ uino lota eſt.Spodios cypria optia. Fit autẽ liqueſcẽtibus cadmia ærario lapide.Leniſſime hæc efflatur & ocius,oolatq; e fornacib⁹ & tectis adhæreſcit. A fuligiue diſtans cãdore.Quod minus candidũ ex ea immaturę fornacis argumentõ eſt.Hoc qdam põpholygem uocaut.Quod uero rubicũdius ex is iuenit , acriorem oim habet,exulcerat adeo,ut cũ lauat ſi ocolos attigat excæcet.Eſt & mellei coloris ſpodios, i q̃ plurimõ ætis intelligit.Sed quodcũq; genus lauãdo ſit otilios.Purgatur ante pinna,dein craſſior lotura.Digitis ſcabriciẽ exterõt.Media ois eius eſt quæ uiuo laoator.Eſt & aliq̃ i gñe uini differentia.Leni eñ lota collyriis oculoꝝ nimiũ uigiliis fatigatorũ apta putatur.Eadẽ efficacior olceribus quæ manãt,uel oris,quæ madẽt,& omnib⁹ medicamẽtis qoæ parant cõtra gaugrenas . Fit & in argẽti foruacib⁹ ſpodios,quã uocãt lauriotiu. Vtiliſſima aũt oculis cõfirmat q̃ ſit in aorariis. Nec iu alia parte magis eſt oitæ ingeuia mirari.Quippe ne inquirẽda eſſent metalla uiliſſimis reb⁹,utilitates eadẽ excogitauit. Antiſpodion uocãt cinerẽ ſici arboris uel caprifici,oel myrti foliorũ cũ tenerrimis ramoꝝ partib⁹,uel oleaſtri uel cytonii mali,uel lentiſci.Item ex moris immaturis,ideſt cãdidis i ſole areſactis,olẽ buxi coma,oel pſeudocyperii,aot rubi,aut terebithi, uel œnãtis. Taorini quoq; glotinis,aut liuteoꝝ cinerẽ ſilr pollere inuentũ eſt . Vruntur omuia ea crudo fictili in fornacib⁹,donec figlina percoquatur.In ærariis officinis & ✣ ſmegma ſit,iã liqoato ære atq; pcocto,additis etiãnũ carbonib⁹,paulatimq; accenſis, ac repẽte oehemẽtiori flato expuitur æris pala quędã. Solom quo excipiatur,ſtratum eſſe debet,facile ab ea diſcernitur aqua in iiſdem officinis.Diphryga uocãt gręci ab eo quod bis torreatur.Coi⁹ origo triplex.Fieri eñ traditur ex lapide piryte cremato in caminis,donec excoquatur in rubricam.Fit & in cypro ex luto cuiuſdã

✣ Pſegma oẽs alii auctores.

specus arefacto prius,mox paulati circũdatis farmẽtis.Tertio fit mõ in fornacib⁹æris fæce subsidente.Differentia est qdem,q̃ æs ipm ĩ cario defluit,scoria extra fornaces,flos supnatat.Diphryges remanet,Quidã tradũt ĩ fornacib⁹globos lapis q coquanť,ferruminari circa hũc ęs ferucre. Ipsum uero non pcoq,nisi translatũ in alias fornaces,& esse nodũ quendã materiæ.Id qđ excocto superfuit,diphrygia uocant.Ratio eius in medicina similis supradictis.Siccate & excrescẽtia cõsumere,& perpurgare.Probať lingua,ut eã ficcet tactu statim,saporẽq̃ æris reddat.Vnum etiãnum æris miraculũ nõ omittemus.Seruilia familia illustris in fastis trienẽ æreũ pascit auro & argẽto consumẽtem utrunq̃.Origo atq̃ natura eius scomperta est mihi. Verba ipsa de ea re Messallæ senis ponam.Seruilio℞ familia habet trienẽ sacrũ.Cui sũma cũ cura magnificẽtiaq̃ sacra quotãnis faciunt,quẽ ferunt alias creuisse alias decreuisse uideri,& ex eo aut diminutionem, aut honorem familiæ significari.

De ferro & ferreis metallis & differentiæ ferri. Cap.xiiii.

PRoxime indicari debẽt metalla ferri,optimo uitæ pessimoq̃ instrumento.Siqdem hoc tellurem scidim⁹,serimus arbusta,ponimus pomaria,uites squalore deciso anuis oĩbus cogim⁹ iuuenescere.Hoc extruimus tecta,cędimus saxa,omnesq̃ ad alios usus ferro utimur.Sed eodẽ ad bella cædes latrocinia nõ cominus solũ,sed etiam missili uolucriq̃,nunc tormentis excusso nunc lacertis,nũc uero pẽnato quã sceleratissimã humani ingenii fraudem arbitror.Siquidem,ut ocyus mors perueniret ad hoiem,alitẽ illã fecimus,pẽnasq̃ ferro dedimus.Quãobrem culpa eius non natura fiat accepta.Aliquot experimentis probatũ est posse innocẽs esse fer℞,In fœdere qđ expulsis regibus populo.Ro.dedit Porsenna,nominatim cõprehensum inuenimus,ne ferro nisi in agricultura uterenť.Et cũ stylo scribere tutũ,ut uetustissimi auctores pdiderũt. Magni Põpei ĩ tertio consulatu extat edictũ,in tumultu necis Clodianæ phibentis ullũ tellũ esse in urbe. Et tñ uita ipsa nõ defuit honorẽ*initio habere ferro quoq̃.Aristonidas artifex cum exprimere uellet Athamãtis furorẽ Clearchũ filiũ pcipitare uolentis,& præcipitato illo residens pœnitentiã fer℞ & æs miscuit,ut rubigine ei⁹p nitorẽ eris relucente,exprimeretť uerecundiæ rubor. Hoc signum extat♣hodierno die.Est ĩ eadẽ urbe & ferre⁹Hercules quẽ fecit Alcon laborũ dei patiẽtia inductus.Videmus & Romæ sciphos e ferro dicatos in tẽplo Martis Vltoris.Obstitit eadem naturæ benignitas exigentis a ferro ipso pœnas rubigĩe,eadẽq̃ puidentia nihil in reb⁹mortalib⁹ faciẽte q̃ qđ infestissimũ mortalitati.Ferri metalla ubiq̃ ppemodũ reperiunť. Quippe insula ẽt Italiæ ilua gignente,minimaq̃ difficultate cognoscunť ipo colore terræ manifesto.Sed ratio eadẽ excoquendis uenenis.In Cappadocia tñ quæstio est aq̃ an terræ fiat acceptũ,qm̃ persusa certo fluuio terra neq̃ aliter fer℞ e fornacib⁹reddit. Differẽtia ferri nũerosa.Prima ĩ gñe terræ cœliue.Alias eñ molle tñ plumboq̃ uicinius subministrãt.Alias fragile & erosum rotarumq̃ usibus & clauis maxĩe fugiẽdũ,cui prior ratio cõuenit·Aliud breuitate sola placet,clauisq̃ caligariis.Aliud rubiginẽ celerius sentit.Stricturæq̃ uocanť eę oẽs,qđ nõ in aliis metallis a stringenda acie uocabulo imposito,ex fornaciũ maxĩa differentia est.In iis qdem nucleus ferri excoquiť ad indurãdã aciẽ. Aliqnæ mõ sunt ad densandas incudes metallorũue rostra.Sũma aũt differentia ĩ aq̃ est,cui subinde candens immergiť.Hæc aq̃ alibi utilior nobilitauit loca gloria ferri,sicuti bilbiliu ĩ Hispania & turriassonẽ.Comũ in Italia cũ ferraria metalla in his locis nõ sint.Ex oib⁹ aũt generib⁹ palma serico ferro est.Seres hoc cũ uestib⁹suis pellibusq̃ mittũt,Secunda parthico,neq̃ alia genera ferri ex mare acie temperanť,cæteris enim admiscenť.Mollior complexus in nostro orbe. Alibi uena bonitatẽ hanc præstat,ut in noricis.Alibi factura,ut sulmone aqua uti diximus.Quippe cũ ĩ exacuendo oleares cotes,& aquariæ æq̃ differant,& oleo delicatior fiat acies,Mirũq̃ cũ excoquatur uena,aquæ mõ liqri fer℞,postea in spongias frangi.Tenuiora feramenta oleo restingui mos est,ne aq̃ in fragilitatẽ durenť. A ferro sanguis human⁹ se ulcisciť. Cõtactũ nãq̃ eo celleri⁹ subiñ rubiginẽ trahit.De magnate lapide suo loco dicemus,concordiaq̃ quã cũ ferro habeť. Sola hæc materia uires ab ea lapide accipit,retinetq̃ longo tpe. Aliud apprehendens fer℞,ut annulo℞ cathena spectetť interdũ.Quod impitũ uulgus appellat fer℞ uiuũ,uulneraq̃ ex tali asperiora fiant. Lapis hic & in Cantabria nasciť,nõ ille magnes uerus caute continua,sed sparsa+ bubbatiõe ita appellant nescio an uitro fundendo perinde utilis,nondũ eñ expertus est quisq̃,ferri uriq̃ inficit aciem ut magnes.De magnete lapide Chirocrates architectus Alexãdriæ Arsinoes templum con camerare inchoauerat,ut in eu simulacrum eius e ferro pẽdẽte ĩ aere uideret.Intercessit mors, &

*motiorẽ uet·cod.

♣Extat Thebis hodie.

+ bullatiõe anti q codi.

ſpius & ptolomæi, qui id ſorori ſuæ iuſſerat fieri metallorũ oĩm uena fieti largiſſima ẽ. Cãtabriec maritimæ pte, quã Oceanus alluit, mons prærupre altus, incredibile dictu, totus ex ea materie ẽ. ut in ambitu oceani diximus.

De temperatura ferri, & medicinæ ex ferro, & ex ærugine, & rubigine, & ſquamma ferri, & hygremplaſtro. Cap. xv.

FErrum aeeẽſum igni, niſi duref ictibus, eorrumpif. Rubens non eſt habile tundẽdo, neq; antreq̃ albeſcere incipiat. Aceto & alumine illitum fit æri ſimile. A rubigine uindieaf cæruſſa & gypſo, & liqda pice. Hæc eſt tẽperatura a græcis antipathia dicta. Ferunt quidam & religione quadã id fieti. Et extare ferreã eathenam apud Euphratẽ amnem in urbe quæ Zeugma appellatur, qua Alex. Magnus ibi uinxerat pontẽ, cuius annulos qui refecti ſunt rubigine infeſtari earentib[9] ea prioribus. Medicina e ferro eſt, & alia q̃ ſecũdi. Nãq; circũſcribi circulo terue circũlato mucrone & adultis & infantib[9] pdeſt cõtra noxia medicamẽta, & pfixos in limine e ſcpulchro euulſos clauos, aduerſos nocturnas lymphatiões. Pungiq; leuiter mucrõe quo pcuſſus hõ ſit, cõtra dolores laterũ pectorũq; ſubitos qui punctionẽ afferant. Quædam uſtione ſananf. Priuatim uero canis rabidi morſus. Quippe etiam pualente morbo expauẽteſq; potũ uſta plaga illico liberanf. Calefit etiã ferro eãdẽte aqua in multis uitiis, priuatimq; dyſenterieis. Eſt & rubigo ipa in remediis, & ſic Thelephũ pdif ſanaſſe Achilles, ſiue id ærea, ſiue ferrea cuſpide fecit. Ita certe depigif ex ea decutiẽs gladio. Sed rubigo ferri dettahif humido ferro clauis ueterib[9]. Vis ei[9] ligare, ſiccare, reſtrigere. Emẽdat alopecias illita. Vtunf & ad ſcabieias genarũ puſtulaſq; totius corpis cum cæra & oleo myrteo. Ad ignes uero ſacros ex aceto. Itẽ ad ſcabiem. Parouychia digitorum & pterygia in linteolis, Siſtit & fœminarũ pfluuia ipoſita uelleribus. Plagis quoq; recẽtib[9] uino diluta, & cũ myrrho ſubacta. Et cõdylomatis ex aceto pdeſt. Podagras quoq; illita lenit. Squãma quoq; ferri i uſu eſt ex acie aut mucronib[9] maxie ſimili, ſed acriore ui q̃ rubigo. Quãobrem & contra epiphoras oculorũ aſſumif. Sanguinẽq; ſiſtit, cum uulnera maxie ferro fiant. Siſtit & fœminarũ pfluuia. Impunif & cõtra lyenũ uitia. Hæmorrhoidas & cõpeſcit, ulcerũq; ſerpentia. Et genis prodeſt farinæ modo aſperſa pauliſper. Præcipua tamẽ cõmendatio eius in Hygremplaſtro ad purgãda uulnera fiſtulaſq;, & omnẽ callum erudendũ, & raſis oſſibus carnes recreandas. Cõponif hoc modo. Obolis ex cimolia creta duobus, drachmis ſex ex ære, totidem ex ſquamma ferri, totidẽ cæræ, ex oleo ſextarius. His addiicif cum ſunt recuperanda uulnera aut replenda ceratum.

De plumbi metallis, & albo plumbo, & nigro. Cad. xyi.

SEquif natura plumbi. Cuius duo genera, nigrũ atq; candidum, pcioſiſſimũ candidum a græcis appellatũ caſſiterium, fabuloſeq; narratũ in inſulas Atlantici maris peti, uitilibuſq; nauigii circũſutis corio aduehi. Nunc certum eſt in Luſitania gigni & in Gallecia ſumma tellure harenoſa & coloris nigri. Pondere tãtũ ea deprehẽdif. Interueniũt & minuti calculi, maxime torrentibus ſiccatis. Lauãt eas harenas metallici, & qđ ſubſedit coquũt in fornacibus. Inuenif & i aurariis metallis, q̃ ✠ alutia uocant. Aqua imiſſa eluente calculos nigros paulum candore uariatos, qbus eadẽ grauitas quæ auro. Et ideo in calathis in qb[9] aurũ colligif remanẽt cũ eo. Poſtea caminis ſeparanf. Conflatiq; in albũ plumbũ reſoluunf. Non fit in Gallecia nigrũ, cũ uicina Cãtabria nigro tantũ abundet. Nec ex albo argentũ, cũ fiat ex nigro. Iungi inter ſe plumbũ nigrũ ſine albo non põt. Nec hoc ei ſine oleo. Ac ne albũ qdem ſecũ ſine nigro. Albũ habuit auctoritatẽ & Iliacis tẽporibus, teſte Homero ✠ caſſiriton ab eo dictũ. Plumbi nigri origo duplex eſt, Aut eñ ſua puenit uena, nec quicq̃ aliud ex ſe parit, aut cũ argẽto naſcif, mixtiſq; uenis cõflaf. Eius qui prim[9] fluit in fornacibus liquor, ſtagnũ appellatur. Qui ſecundus, argentũ. Qui remanſit in fornacib[9], galena quæ portio eſt tertia addita uenæ. Hæc rurſus cõflata dat nigrum plumbum deductis partibus duabus.

✠ elutia

✠ cattiterõ caſſiteton.

De ſtagno, plumbo argentario, & quibuſdã aliis. Cap. xyii.

STagnũ illitũ æris uaſis ſaporẽ gratiorem facit, & compeſcit æruginis uirus, mirumq; pondus non auget. Specula quoq; ex eo laudatiſſima (ut diximus) Brunduſii temperabanf, donec argenteis uti cœpere & ancillæ. Nunc adulteraf ſtagnũ addita æris tertia portione candidi in plumbũ album. Fit & alio modo mixtis albi plumbi nigriq; libris. Hoc nunc aliqui argẽtariũ appellant. Idem & tertiariũ uocant in quo duæ nigræ portiones ſunt, & tertia albi. Precium eius I libras. xxx.. Et hoc fiſtulæ ſolidanf, Improbiores ad tertiariũ additis æqs partibus albi, argẽtariũ

uocant,& eo quæ uolūt incoquūt. Precia huius faciūt in pondo.cxxx. In libras albo p se syncero precia sunt.xxx.nigro.xvii. Albi natura plus aridi habet. Cōtraq; nigri tota humida ē. Ideo albū nulli rei sine mixtura utile est. Neq; argētū ex eo plumbatur,quoniā prius liquescit argentū. Cōfirmantq; si minus albo nigri q̄ satis sit misceatur,erodi ab eo argentū. Album incoquitur æris operibꝰ Galliaꝝ inuento,ita ut uix discerni queat ab argento,eaq; incoctilia uocant. Deinde & argentū incoquere simili modo cœpere,equoꝝ maxime ornamētis iumentorūq; iugis. In Alexia oppido reliqua gloria Biturigum fuit. Cœpere deide & essedа,& uehicula,& petorita exornare. Similiq; modo ad aurea quoq; & argētea staticula inanis luxuria peruenit,quæq; in scyphis cerni prodigium erat,hæc in uehiculis atteri cultus uocatur. Plumbi albi experimentū in charta est,ut liquefactū pōdere uideatur nō calore rupisse. India neq; æs neq; plūbū habet. gēmisq; suis ac margaritis hæc permutat. Nigro plūbo ad fistulas laminasq; utuntur laboriosius in hispania eruto,totasq; per gallias. Sed in Britānia sūmo terræ corio adeo large,ut lex ultro dicatur,ne plus certo modo fiat. Nigri generibus hæc sunt noīa,Iouetanū,Caprariēse,Oleastrense,Nec differentia ulla scoriæ modo sit excocta diligēter. Mirūq; ī his solis metallis q derelicta fertilius reuiuiscūt. Hoc uidetur facere relaxatis spiramētis ad satietatē infusus aer,æquæ ut fœminas quasdā fœcundiores abortus facere. Nup id compertū ī Bætica santarēsi metallo,quod locari solitū.x.libris per ducētos ante annos,postq̄ obliteratū extat.ly.locatū est. Simili modo Antonianū. In eadē puincia pari locatiōe peruenit ad pondo.cccc.uectigalis. Et mirū aqua addita non liquescere uasa e plumbo constat. Eadem ī aqua calculus ærcusue quadrans si addatur uas peruri.

Medicinæ de plūbo,& scoria plūbi,de moliēda siue galena,de psimythio,& sandaraca. Cap.xviii.

IN medicina per se plumbi usus est cicatrices reprimere,adalligatisq; lumboꝝ & renum parti laminis frigore natura inhiberi impetus ueneris. Visaq; in quiete ueneria spōte naturę erumpentia usq; in morbi genus his laminis Caluus orator cohibuisse traditur,uiresq; corpis studiorum labore custodisse. Nero quoniā ita diis placuit,princeps lamina pectori īposita sub ea cātica exclamās alendis uocibus demōstrauit rationē. Coquitur ad medicinæ usus patinis fictilibꝰ substrato sulphure minuto laminis īpositis tenuibꝰ optisq; sulphure & ferro mixtis. Cū coquitur muniēda in eo ope foramina spiritus cōuenit,alioquin plūbi e fornacibꝰ halitus noxius sentitur & pestilens,& canibus ocyssime. Omniū uero metalloꝝ muscis & culicibus. Quamobrem non sunt ea tædia in metallis. Quidam in coquendo scobem plumbi lima quæsitam sulphuri miscent. Alii cerussam potiꝰ q̄ sulphur. Fit & lotura plurimi usus in medicina,cum scipo teritur in mortariis plumbeis, addita aqua cœlesti,donec crassescat. Postea supernatans aqua tollitur spongiis,quod crassissimū fuit siccatū diuiditur in pastillos. Quidam limatum plumbū sic terunt. Quidam etiam plumbaginē ammiscent. Alii uero acetū,alii uinū,alii adipem,alii rosam. Quidam in mortario lapideo, & maxie thebaico plumbeo pistillo terere malu nt. Candidiusq; fit ita medicamētū. Id autem quod ustum est plumbū lauatur,ut stibi & cadmia potest astringere,sistere,contrahere cicatrices. Vsus enim ex eodē & in oculorū medicamentis,& maxime contra procidentiā eorum inanitatē & ulcerū excrescentia,rimasq; sedis aut hemorrhoidas,& cōdylomata. Ad hæc maxie lotura plumbi facit. Cinis autē usti ad ulcera serpentia aut sordida. Eadēq; quę chartis ratio psectus. Vritur autē in patinis per laminas minutas cum sulphure uersatū rudibꝰ ferreis aut ferulaceis donec liquor mutetur ī cinerem. Dein refrigeratū teritur in farinā. Alii elimatā scobem in fictili crudo coquūt in caminis, donec percoquatur figlinū. Aliqui cærussam miscēt pari mēsura,aut hordeū,teruntq; ut ī credo dictum est,& pferunt sic tritū plūbi spodio Cyprio. Scoria quoq; plūbi in usu est. optiaq; quæ ad lutcū maxime colorē accidit sine plūbi reliquis,aut sulphuris specie & terra carēs. Lauatur hæc ī mortariis minutū fracta,donec aqua luteum colorem trahat,& transfunditur in uas purum,idq; sæpius usq; dum subsidēt,quot utilissimū est. Eosdēq; effectus habet quos plumbum, sed acriores. Mirari succurrit experientiā uitę ne fæce quidem rerum excrementorumq; fœditate intentata toꝝ modis. Fit & spodiū ex plumbo eodē quo ex Cyprio ære diximus. Lauatur in linteis raris in aqua cęlesti,separaturq; terrenū transfusione,cribrarūq; teritur. Quidam puluerē cum pennis detergere malunt,ac terere ī uino odorato. Est & molibdena,quam alibi galenam uocauimus,plumbi & argēti uena cōis. Melior hæc,qū magis aurei coloris,quantoq; minus plūbosā friabilis & modice grauis Cocta eū; oleo iocineris colorē trahit. Adherescit & auri & argenti fornacibꝰ. Et hāc mettallicā uocāt. Laudatissima quæ in Zephyrio fiat. Probātur minime terrenæ minimeq; lapidosæ. Coquntur

lauaturq́ scoriç modo. Vsus in lippara ad lenienda refrigerãdaq́ ulcera. Emplastrisq́ quæ nõ alligantur, sed illita ad cicatricẽ perducũt in tæneris corpibus mollissimisq́ partibus. Cõpositio eius est libris tribus, & ceræ libra una, olei tribus heminis. Quod in senili corpe cũ fracibus additur. Tempatur & cum spuma argenti, & scoria plumbi, ad dysenteriã & tenasmũ fouẽdo calida. Psymmythiũ quoq́, hoc est cærussam plũbariæ dant officinæ. Laudatissimũ in Rhodo. Fit autẽ ramẽtis plumbi tenuissimis super uas aceti asperrimi impositis, atq́ ita distillantibus. Quod ex eo cecidit in ipm acetum arefactũ molit & cribrat. Iterũq́ aceto mixto in pastillos diuidit, & ĩ sole siccatur æstate. Fit & alio modo addito in urceos aceto, plumbo obturatos per dies .x. derasoq́ ceu situ ac rursus deiecto, donec deficiat materia. Quod derasum est teritur & cribrat, & coquitur ĩ patinis, misceturq́ rudiculis donec russescat, & simile sandaraceç fiat. Dein lauat dulci aq̃ donec nubeculæ oẽs eluantur. Siccatur similiter postea, & in pastillos diuiditur. Vis eius eadem quæ supra dictis. Leuissima tantũ ex oibus preterq́ ad candorem fœminarum adhibet. Est aũt lœtalis potꝰ, sicut spuma argenti. Postea cærussa ipa si coquat rufescit. Sandaracæ quoq́ ppemodũ dicta natura est. Inuenit aũt & in aurariis & in argentariis metallis melior, quo magis rufa, quoq́ magis uirus redolẽs, ac pura friabilisq́. Valet purgare, sistere, excalfacere, prodere. Sũma eius dos stiptica. Explet alopecias ex aceto illita. Addit oculorum medicamẽtis. Fauces purgat cũ melle sũpta. Vocẽ lympidam ac canorã facit. Suspiriosis tussientibusq́ iucunde medet cũ resina terebinthina ĩ cibo sumpta. Suffita quoq́ cũ cædro ipo nidore eis medet. Et arsenicũ ex eadẽ est materia. Quod optimum, coloris etiã in auro excellentius. Quod uero pallidius aut sandaracæ similiꝰ est, deterius existimatur. Est & tertiũ genꝰ quo miscet aureus color sandaracæ. Vtraq́ hæc squamosa. Illud uero siccũ purũq́ gracili uenarum discursu fissile. Vis eadẽ quæ supra, sed acrior. Itaq́ & causticis addit, & psilothris. Tollit & pterygia digitorum, carnesq́ narium, & condylomata, & quicquid excrescit. Torretur ut ualidius prosit in noua testa, donec mutet colorem.



CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXV. PROOEMIVM

Honos picturæ & imaginum.

Metallorum qbus opes cõstant adnascentiũ quoq́ eis natura indicata ppemodum est ita cõnexis rebꝰ, ut imensa medicinæ sylua, & officinarum tenebræ & morosa cæلãdi pingẽdiq́ ac tingẽdi subtilitas sil' dicerent. Restãt terræ ipsius gña lapidũq́, uel nũerosiores arariæ, plurimis singula a græcis pcipue uoluminibus tractata. Nos in iis breuitatẽ seq̃mur utilẽ instituti modo nihil necessariũ, aut naturale omittentes.

Honos picturæ. Cap. i.

PRimũq́ dicemus quæ restant de pictura arte quondã nobili, tunc cum expeteret a regibus populisq́, & alios nobilitate quos esset dignata posteris tradere. Nunc uero in totũ marmoribus pulsa, tum quidẽ & auro, nec tantum ut parietes toti operiantur, uerum & interraso marmore, uermiculatisq́ ad effigies rerum & aialiũ crustis. Non placent iam abaci, nec spacia montis in cubiculo delitẽtia. Cœpimus & lapidẽ pingere. Hoc Claudii principatu inuẽtũ, Neronis uero maculas quæ nõ essent in crustis inserẽdo unitatẽ uariare, ut ouatus esset. Numidicꝰ ut purpura distingueret Sinnadicus inuenit, qualiter illos nasci optarent delitiæ, mõtiũ hæc subsidia deficientiũ. Nec cessat luxuria id agere, ut q̃plurimũ incendiis perdat.

Honos imaginum. Cap. ii.

IMaginum quidẽ pictura q̃maxime similes in æuũ propagabant figuræ, quod in totum exoleuit. Aereiq́ ponunt clypei, argenteæ facies, surdo figurarum discrimine statuarum capita permutantur. Vulgatis iam pridem ✤salibus etiam carminũ, adeo materiã malunt conspici oẽs q̃ se nosci. Et inter hæc pinacothecas ueteribus tabulis consuunt, alienasq́ effigies colunt, ipsi honorem non nisi in precio ducentes, ut frangat hæres, furis detrahat laqueꝰ. Itaq́ nullius effigie uiuente, imagines pecuniæ nõ suas relinquũt. Idẽ palæstras athletarum imaginibus, & ceromata sua exornãt, & uultus Epicuri per cubicula gestant, ac circunferunt secum. Natali eius uicesima luna sacrificant, feriasq́ oi mẽse custodiũt, quas icadas uocãt, hi maxie qui se ne uiuẽtes quidẽ nosci uolunt. Ita

✤talibꝰ etiã numinum.

uolunt.Ita est profecto,artes desidia perdidit,& quoniā animoꝝ imagines non sunt,negliguntur etiam corpoꝝ.Aliter apud maiores in atriis hæ erant,quæ spectarent non signa externoꝝ artificum,nec æra aut marmora.Expressa cera uult⁹singulis disponebant armariis,ut essent imagines, quæ comitarent gentilicia funera.Semperq defuncto aliquo,totus aderat familiæ ei⁹ qui nunq fuerat populus.Stemata uero lineis discurrebant ad imagines pictas.Tablina codicibus implebātur,& monumētis reꝝ in magistratu gestarū.Aliæ i foribus,& circa limina aiorū ingentium imagines erant,affixis hostiū spoliis,quæ nec emptori refringere liceret,quæ etiā dominis mutatis domus ornamēta erāt.Eratq hæc stimulatio sūma & ingens exprobrantibus tectis quottidie imbellem dominū intrare in alienū triumphū.Extat Messallæ oratoris indignatio,quæ ꝓhibuit inseri gēti suæ*bleuinoꝝ alienam imaginē.Similis causa Messallæ seni expressit uolumina illa quæ de familiis cōdidit,cum Scipionis*Pōponiani trāsisset atriū,uidissetq adoptione testamētaria Saluitonis,hoc em̄ ei fuerat cognomen.Africanoꝝ dedecore notam irripientem Scipionū nomini. Sed pace Messallaꝝ dixisse liceat etiam mentiri claroꝝ imagines,erat aliquis uirtutū amor,multoq honestius q̄ mereri,ne quis suas expeteret. Non est prætereundū & nouitiū inuentū. Siquidem non solū ex auro argentoue,aut certe ex ære in bibliothecis dicant illi,quorū imortales animæ in iisdem locis ibi loquunt,quinimmo etiā quæ non sunt fingunt,pariuntq desideria nō traditos uultus,sicut in Homero euenit,quo magis(ut equidē arbitror)nullū est fœlicitatis specimē, quā sēp oēs scire cupe qualis fuerit aliqs.Asinii Pollionis hoc Romæ inuentū,qui primus bibliothecā dicando,ingenia hoīum rempublicam fecit.An priores cœperint Alexādriæ & Pergami reges,qui bibliothecas magno certamine instituere.non dixerim.Imaginū amore flagrasse quōdā testes sunt,& Atticus ille Ciceronis,edito de his uolumie,& M. Varro benignissimo inuento insertis uoluminū suoꝝ fœcunditati nō nominibus tantū septingentoꝝ illustriū,sed & aliquo modo imaginibus non passus intercidere figuras,aut uetustatē æui contra homines ualere inuentione muneris.Etiam diis inuidiosus,quando immortalitatē nō solum dedit,uerum etiam i oēs terras misit,ut præsentes esse ubiq & claudi possent,

*Leuinorum.
*africāi

Quādo primū clypei imaginū publice,quādo in domib⁹ positi,& de picturæ initiis,& monochromaton,& primis pictoribus,& antiquitate picturaꝝ in Italia. Cap.iiii.

ET hoc quidem alienis ille præstitit. Suoꝝ uero clypeos in sacro uel publico priuatim dicare primus instituit(ut reperio)Ap.Claudius qui consul cum Seruilio fuit anno urbis.cclix. Posuit enim in Bellonæ æde maiores suos,placuitq in excelso spectari.& titulos honorum legi.Decora res utiq si liberoꝝ turbæ puulis imaginib⁹ceu nidum aliquē sobolis pariter ostēdāt. Quales clypeos nemo nō gaudēs fauēsq aspicit.Post eum M.Aemilius collega i cōsulatu.Q_.Luctatii nō in basilica modo æmilia ueꝝ & domi suæ posuit,id quoq Martio exemplo.Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatū est,continebant imagines. Vnde & nomē habuere clypeorum, nō ut peruersa grāmaticoꝝ subtilitas uoluit a cluēdo.Origo plenā uirtutis faciē reddi i scuto cuiusq fuerit usus illo.Pœni ex auro factitauere & clypeos & imagines,secūq in castris tulere.Certe captis eis talē,Asdrubalis inuenit,Qu.Marti⁹Scipionū in Hispania ultor.Isq clype⁹ supra fores capitolinæ ædis usq ad incendiū primū fuit.Maioꝝ qdem nostroꝝ tanta securitas in ea re annorat,ut.L.Manlio.Qu.Fuluio coss.āno urbis qngētesimo.lxxv.M.Aufidius tutelæ capitolii redēptor docuerit patres argēteos esse clypeos,q p æreis per aliquot iam lustra assignabant.De picturæ initiis incerta,nec instituti opis q̄stio est.Aegyptii sex millib⁹annoꝝ apud ipos iuentā priusq in Græciā trāsiret,affirmāt.Vana ꝑdicatione ut palā est.Græci āt alii apud Sicyonē,alii apud Corinthios repertā,oēs ab umbra hominis lineis circūducta,Itaq talē primā fuisse.Secundam singulis coloribus & monochromāton dictam,postq operosior inuenta erat duratq talis etiamnum.Inuētā linearē dicūt a phylocle ægyptio,uel Cleante corithio.Primi exercuere Ardices corinthi⁹ & Telephanes Sicyonius,sine ullo etiānum colore.Iam tñ spargentes lineas intus.Ideo & quos pigerent ascribere institutū.Primus inuenit eos colores,teste ut ferunt Arato, Cleophātus Corithi⁹. Hūc āt eodē noīe aliū fuisse,quē tradit Cor.Nepos secutū in Italia Demaratum Tarquinii prisci Romani regis p̄rem fugientē a Corinthio iniurias Cypseli tyrāni,ut mox docebim⁹.Iam enim absoluta erat pictura etiā in Italia.Extant certe hodieq antiquiores urbe picturæ ardeæ in ædibus sacris,qbus eqdē nullas æque miror tam lōgo æuo durātes i orbitate tecti ueluti recētes. Silr lanuuii ubi atalāta & Helēa cōmin⁹pictæ sūt nudæ ab eodē artifice,utraq excellētissima forma, sed al

tera.ut uirgo,ne ruinis qdé tépli cócussę.Põtius legatus Cai principis eas tollere conat⁹ é libidíc accéssus,si rectorii natura pmisisset.Durauere & cęterę antiqores & ipsæ.Fatebit̄qꝫ quisqꝫ eas diligéter æstimauerit nullá artium celerius cõsumatá,cum iliacis téporibus nõ fuisse eam appareat.

De pictoribus Romanis,& quádo primũ dignitas picturæ,& qui uictorias suas pictura proposuerunt,& quádo externis picturis dignitas Romæ. Cap.iiii.

APud Romanos quoqꝫ honos maturę huic arti cõtigit.Siqdem cognomina ea picto℞ traxerunt Fabii clarissimæ gentis princepsqꝫ eius cognois,ipe ædé salutis pinxit áoo urbis condiræ.cccccl.quæ pictura durauit ad nostram memoriam,æde Claudii pricipatu exusta. Proxime celebrata est in foro boario æde Herculis Pacuuii poerę pictura.Ennii sorore géit⁹ hic fuit, clarioréqꝫ ea℥ artem Romæ fecit gloria scænæ,postea non est spectata honestis manib⁹,nisi forte qs Turpiliũ eqté Romanũ e Veneria nostræ ætatis belle referat,hodieqꝫ pulchris eius opibus Veronæ extáribus.Leua is manu pinxit,quod de nullo añ memorať.Paruis gloriabať tabellis,extinctus nuper in longa senecta.Aterius Labeo prætorius etiam ꝓconsularu prouinciæ Narbonensis functus.Sed ea res in risu,& iam cõrumelia erat.Fuit & principiũ uiro℞ non omittendum de pictura celebre cõsiliũ.Q.Pedi⁹ Nepos.Q.Pedii cõsularis triumphalisqꝫ a cæsare dictatore cohæredis Augusto dati cũ natura mutus esset,eũ Messalla orator,ex cui⁹ familia pueri auia erat pictu ram doceudũ censuit.Idqꝫ etiá diuus Augustus cõprobauit.Puer magni ꝓfectus in ea arte obiit. Dignatio aũt præcipua Romæ increuit(ut existimo)a.M.Valerio Maximo cõsule,cum Messalla princeps tabulá picturæ ꝓlii,quo Carthaginensis & Hieroné i Sicilia deuicerat,ꝓposuit í latere curiæ hostiliæ,anno ab urbe condita q̃dringentesimo nonagesimo. Fecit hoc qdem & L.Scipio. Tabuláqꝫ uictoriæ suæ Asiaticæ in capitolio posuit.Idqꝫ ægre tulisse fratré Africanũ tradút irarũ haud imerito,quoniá fili⁹ eius in illo prœlio captus fuerat.Nõ dissimilé offensioné & Aemiliani subiit.L.Hostilius Mancinus,qui primus Carthaginé irruperat,situm eius expugnationéqꝫ depictas ꝓponendo in foro,& ipe assisteus populo spectanti singula enarrádo. Qua comitate ꝓximis comitiis cõsulatũ adepr⁹ est.Habuit & scæna ludis.Claudii Pulchri magnam ammiratioué pictu ræ.cum ad regula℞ similitudiné corui decepti imagine aduolarent. Tabulis auté externis auctoritatem Romæ fecit primus oium.L.Mummius,cui cognomen Achaici uictoria dedit. Nam cũ in præda uendéda res distraxisset,& rex Attalus sex milibus sestertium emisset. Aristidis tabulam Libe℞ patrem continenté preciũ,miratus suspicatusqꝫ aliquid in ea uirtutis quod ipe nesciret,reuocauit tabulá Attalo multũ querente,& in cæteris delubro posuit.Quá primũ arbitror picturá externá Romæ publicará.Deide uideo & in foro positas uulgo.Hinc.M.Crassi oratoris ille lepos ágeris sub ueteribus cum testis cõpellatus instaret.Dic ergo Crasse qualé mereris? Talem inqr, ostendés in tabula pictũ inficetissime gallũ exerenté linguam.In foro fuit & illa pastoris senis cũ baculo,de qua teutono℞ legatus interrogar⁹,quáti eũ æstimaret,respõdit sibi donari nolle talé uiuum uerũqꝫ.Sed præcipuá auctoritaté fecit publice tabulis Cæsar dictator Aiace & Medea ante Veneris genitricis ædé dicatis post eum.M.Agrippa uir rusticitati q̃ delitiis ꝓpior. Extat certe eius oratio magnifica,& maxío ciuiũ digna de tabulis oibus signisqꝫ publicádis.Quod fieri sati⁹ fuisset,q̃ in uilla℞ exilia pelli. Uerum eadem illa toruitas tabulas duas Aiacis & Ueneris mercata est a cizicenis.xiii.milla pondo.In thermarum quoqꝫ calidissima parte marmoribus incluserat paruas tabulas, paulo ante cum restringerenť sublatas.Super oés diuus Augustus in foro suo in celeberrima parte posuit duas tabulas,q̃ belli pictam faciem habent & triumphũ.Idem Castores ac uictoriá posuit,& quas dicemus sub artificum mentione in templo Cæsaris patris. Idé í curia quoqꝫ,quam in comitio consecrabat,duas tabulas impssit parieti.Nemæam sedenté supra leoné Palmigerá ipam astante cum baculo sene.Cuius supra caput tabula bigæ dependet,quam Nicias scripsit se inussisse,tali em usus est uerbo, Alterius tabulæ admiratio est puberé filium seni patri similem esse,salua ætatis differétia, supuolante aquila dracouem cõplexa.Philochares hoc suum opus esse testatus est.Imménsa uel unam,siquis taurũ hanc tabulam æstimet.potentia artis,cum ꝓpter philocharé ignobilissimos alioquin Glauconé filiumqꝫ eius Aristippum senatus populusqꝫ Roma.tot sæculis spectet.Posuit & Tiberius Cæsar minime comis imperator in téplo ipsius Augusti,quas mox indicabimus.

Ratio pingendi de pigmentis. Cap.v.

Actenus dictũ sit de dignitate artis morientib⁹.Quib⁹ colorib⁹ singulis primi pinxissent,dixim⁹,cũ de pigmétis traderem⁹ i metallis.Qui monochromatea genera pictu

h

ræ uocauerint

ræ uocauerint,qui deinde,& quæ & quibus tempibus inuenerint, dicemus in mẽtione artificũ, quoniã indicare naturas coloru̅ in cauſa inſtitui operis prior eſt.Tandem ſe ars ipſa diſtinxit,& i uenit lumen atq̃ umbras differentia coloꝝ alterna uice ſeſe excitante.Deinde adiectus eſt ſplendor alius hic,quã lumẽ,quem quia inter hoc & umbram eſſet,appellauerunt tonon. Cõmiſſuras uero colorum & tranſitus armogen.

De coloribus natiuis,& factitiis. Cap.vi.

SVnt aũt colores auſteri aut floridi.Vtrũq; natura aut mixtura euenit.Floridi ſũt quos domi nus fingenti præſtat,miniũ,armeniũ,cinabaris,chryſocolla,indicũ,purpuriſſum.Cæteri auſteri.Ex omnibus alii naſcuntur.Alii fiunt.Naſcuntur ſinopis,rubrica, parethoniũ, melinũ, eretria,auripigmentũ. Cæteri fingunt̃.Primumq; quos i metallis diximus.Præterea e uilioribus ochra,cæruſſa uſta,ſandaraca,ſandix,ſyricũ,atramentũ.Sinopis inuenta eſt primũ in ponto, inde nomen a Sinope urbe.Naſcit̃ & in egypto,balearibus,Africa,ſed optima in Lemno & in Cappadocia,Effoſſa & in ſpelũcis.Quæ ſaxis adhæſit,excellit.Glebis ſu⁹ color,extra maculoſus. Hacq; uſi ſũt ueteres ad ſplẽdorẽ.Spẽs ſinopidis tres,rubra,& min⁹ rubẽs,& iter has media.prætiũ optimæ i libras.xiii.denariis.Vſus ad penicillũ,aut ſi lignũ colorare libeat.Ei⁹q̃ ex Africa uẽit,octoni aſſes,cicerculũ appellãt.Quæ magis cæteris rubet utilior abacis.Idẽ pciũ eius,q̃ pſſior uocat̃, & eſt maxia fuſca.Vſus eius ad baſes abacoꝝ.In medicina uero blãd⁹,emplaſtriſq; & malagmatis ſiue ſicca cõpoſitione ei⁹,ſiue liq̃da.Facilis cõtra ulcera in humore ſita,uelut oris ſedis,Aluũ ſiſtit infuſa.Fœminaꝝ pfluuia poto denarii põdere.Eadẽ aduſta,ſiccat ſcabritias oculoꝝ,uino maxie Rubricæ genus in ea uoluere itelligi q̃dã ſecũdæ auctoritatis.Palmã em̃ lemniæ dabãt minio pximã.Hæc eſt antiq̃s multũ celebrata,cum inſula in qua naſcit̃.Nec niſi ſignata uenũdabat̃,unde & ſphragidẽ appellauere.Hac miniũ ſublinũt,adulterãtq;.In medicina pclara res habet̃.Epiphoras em̃ oculoꝝ mitigat & dolores circũlita.Egylopias manere phibet.Sanguinẽ reiciientibus ex aceto datur bibenda.Bibit̃ & contra lyenũ renũq; uitia,& purgationes fœminaꝝ.Item & contra uenena & ſerpentiũ ictus terreſtriũ marinorũq;.Oibus ideo antidotis familiaris.Ex reliq̃s rubricę generibus,fabris utiliſſima ægyptia & Africana,q̃m maxime ſorbẽt̃.Picturis aũt apta naſcitur & i ferrariis metallis. ♣ Ex ea fit ochra,exuſta rubrica i ollis nouis luto circũlitis.Quo magis ar ſit i caminis hoc melior.Oĩs aũt rubrica ſiccat.Ideo q; & emplaſtris cõuẽit,igni ẽt ſacro. Siopidis põticę ſelibra ſilis ludici libris.x.& melini grçciẽſis duab⁹mixtis,ritiſq; una p dies.xii,leucophoꝝ fit,hoc ẽ glutinũ auri cũ iducit̃ ligno.Parethoniũ nomẽ loci habet ex ægypto,ſpumã maris eẽ di cunt ſolidatã cũ limo,& ideo cõchæ minutæ inueniunt̃ in eo.Fit & in Creta inſula atq; Cyrenis. Adulterat̃ Romæ creta cimolia decocta cõſpiſſataq;.Preciũ optimo in põdo ſex libraꝝ e cãdidis coloribus pinguiſſimũ,& tectoriis tenaciſſimũ,ppter leuorẽ.Melinũ candidũ & ipm eſt.Optimũ in Melo inſula.In Samo quoq; naſcit̃. Sed eo non utunt̃ pictores ppter nimiã pinguedinem. Accubantes effodiũt ibi inter ſaxa uenas ſcrutantes.In medicina eãdẽ uſum habet quẽ eretria creta. Præterea linguã tactu ſiccat.pilos detrahit & mitigat.Preciũ i libra ſeſtertiis ſingulis.Eſt & color tertius e cãdidis cæruſſæ,cui⁹rõnẽ in plũbi metalis diximus.Fuit & terra per ſe i theodori fundo inuẽta ſmyrnæ,qua ueteres ad nauiũ picturas utebant̃.Nũc uis ex plũbo & aceto fit, ut diximus. Vſta caſu repta icẽdio pyræ,cæruſſa in orcis cremata.Hac prim⁹uſus eſt Nicias ſupradict⁹.Optima nũc Aſiatica habet̃,quæ,& purpurea appellat̃.Preciũ eius i libras æris.y.Fit & Romæ cremato ſile marmoroſo & reſtincto aceto .Sine uſta nõ fiũt umbræ, Eretria terræ ſuæ hẽt nomẽ, Hac Nicõach⁹ & Parrhaſi⁹uſi,refrigerat emollitq;.Expleτ uulnera ſi coquat̃,ad ſiccanda pcipue utilis & capitis dolorib⁹,& ad depreheudenda pora .Subeſſe.n.ea itelligit̃, ſi ex aqua illita non areſcat Sãdaracã & ochrã Iuba tradit in inſula rubri maris Topazo naſci.Sʒ ide nõ puehunt̃ ad nos.Sãdaraca quo mõ fieret,diximus.Fit adulterina & ceruſſa nõ in fornace cocta.Color eſſe debet flãmeus.Preciũ i libras aſſes quini.Hæc ſi torreat̃,æqua parte rubrica ammixta ſandycem facit. Quãq̃ animaduerto Virgiliũ exiſtimaſſe herbam id eſſe,illo uerſu.

♣Ea fit & ochra exuſta i rubricã oll' Dioſco.

Sponte ſua ſandyx paſcentes ueſtiet agnos.

Preciũ i libras dimidiũ ei⁹qđ ſandarace.Nec ſũt alii colores maioris põderis.Inter facticios eſt & ſyricũ,quo miniũ ſublini dixim⁹.Fit autẽ ſinopide & ſandyce mixtis Atramentum quoq; inter facticios erit,q̃q̃ ẽ & terra geminæ originis.Aut.n.ſalſuginis mõ emanat,aut terra ipa ſulphurei coloris ad huc pbat̃.Inuenti ſũt pictores qui e ſepulchris carbones infectus effoderẽt.Sed ipor

tuna hæc oia ac nouitia. Fit em̄ & fuligine pluribꝰ modis, resina nel pice exustis. Propter quod officinas etiá edificauere, fumū eum non emittẽtes. Laudatissimū eodem modo fit e tædis. Adulteratur fornaciū balneaꝝq; fuligine, quo ad uolnmina scribenda u tunť, Sunt & qui uini fæcé sieca tam exeoquát, affirmantq;, si ex bono uino fæx fuerit, Indici speeié id atramentū ꝑbere. Polygnotus & Mycon celeberrimi pictura Athenis e uinaceis fecere, triginon appellát. Apelles cõmentus est ex ebore cõbusto facere, qđ elephantinū uocát. Apportať & Indieū ex India i exploratæ adhuc suenti iõis mihi. Fit etiá apud isectores ex flore nigro, qui adhærescit æreis cortinis. Fit & de tędis ligno cõbusto tritisq; imorrario carbonibꝰ. Mira in hoe sepiarū natura, sed ex his nõ fit. Oĩe aūt atramentū sole perfieiť. Librariū & tectoriū glutino ammixto. Quod autem aceto liquefactū est, ægre eluitur. E reliquis coloribus quos a dominis dari diximꝰ ꝑpter magnitudiné precii ante oés est purpurissum e Creta argentaria cum purpuris pariter tinguiť, bibitq; eum colorem celeriꝰ lanis. Præcipuū est primum, feruenti aheno rudibus medicamentis iebriarum. Proximū egesto eo addita creta i ius idem. Et quotiés id factū est, leuať bonitas ꝑ nūmero dilutiore sanie. Quare puteolanū potiꝰ laudať q̄ tyrium aut getulicū, nel laconieū, unde preciosissimæ purpuræ, Causa est, ꝙ hysgio maxíe isicit, rubráq; cogitur sorbere. Vtilissimū a Canusio. Precium huic a singulis denariis i libras ad.xxx. Pigentes sandice sublita mox ouo iducentes purpurissum fulgoré minii faciunt. Si purpuram facere malunt, cæruleū sublinunt. mox purpurissum ex ouo Idueunt. Ab hoc maxima auctoritas Indico. Ex Idia uenit harundinū spumę adherescente limo eū teriť nigrū. At i diluendo myxturá purpuræ cæruleiq; mirabilé reddit. Alterum genus eius est i purpurariis officinis inatans cortinis, & est purpuræ spuma. Qui adulterant uero Indicum tigūt stercora eylūbia aut cretá selinusiá, nel anulariá nitro inficiūt, ꝓbať earbone. Reddit eni quod syncerū est flámam excellentis purpuræ. & dum fumat odorem maris olet. Ob id quidam e scopulis id colligi putant Preciū Indico denarii.xx. in libras. In medicina Indicū ✠ rigores & ipetus sedat. Siccat ora ulcera. Armenia mittit qđ eius nomie appellať. Lapis est hic quoq; chrysocollæ modo isectꝰ. Optimūq; est quod maxime uiride est, coicato colore eū ceruleo. Solebant libræ eius tricenis numis taxari. Inuenta per Hispanias harena est, similé curam recipiens, Itaq; ad denarios senos uilitas rediit. Distat a cæruleo candore modico. qui teneriore hunc effieit coloré. Vsum in medicina ad pilos tantū alẽdos habet, maxieq; in palpebris. Sunt etianum nouitii duo colores e uilissimis uiride, quod appianū uocať, & quod chrysocollam luteam mentiť. Ceu parum multa sint médacia eius. Fit ex creta uiridi æstimarū sestertiis i libras. Anulare quod uocát candidum est, quo muliebres picturę illuminanť. Fit & ipm ex creta ammixtis uitreis gémis ex uulgi anulis. unde & anulare dictū.

✠tomores.dios.

Qui colores Vdo non inducanť, & quibus coloribus antiqui pinxerunt, & quando primum gladiatorum pugnæ præpositæ sunt. Cap. vii

EX oĩbus coloribus cretulam amare, udoq; illini recusant purpurissum Indicum, cæruleum melinum, auripigmentū appianū. Cærussa eæræ tinguunť iisdem coloribus ad eas picturas quæ inuruntur alieno parietibus genere, sed classibus familiari. Iam uero & onerariis nauibus, quoniá & picula expingimus, ne quis miref & rogos pigi. Iuuatq; pugnaturos ad morté, aut certe cædem speciose uehi. Qua cõtemplatione tot coloꝝ tanta uarietate subit antiqtaté mirari, Quattuor coloribꝰ solis imortalia opa illa fecere, ex albis Melino, ex silaceis Attico, ex rubris Sinopide Põtica, ex nigris atraméto. Appelles, Echion, Meláthius. Nicomachꝰ clarissime pictores, cū tabulę eoꝝ singulę oppidoꝝ uenirét opibus. Nūc & purpuris in parietes migrántibus & India cõferéte fluminū suoꝝ limū & draconū & elephantoꝝ saniem nulla nobilis pictura est. Oĩa ergo meliora tunc fuere cum minor copia. Ita est, quoniá (ut supra diximus) reꝝ non animi præciis excubať. Et nostræ ætatis insaniam ex pictura nõ omittá. Nero princeps iusserat colosseum se epigi.cxx. pedū in linteo incognitū ad hoc tépus. Et pictura cū pacta esset i✠ lamianis hortis, accésa fulmine cū optima hortoꝝ parte cõflagranit. Libertus eius cū daturus esset Antii munus gladiatoriū publicas porticꝰ inuestiuit pictura ut cõstat, gladiatoꝝ ministrorūq; omniū ueris imaginibus redditis. Hic multis iam sæculis summus animus in pictura. Pingi autem gladiatoria munera, atq; in publico exponi cœpta a. C. Terentio Lucano. Isq; auo suo a quo adoptatus fuerat.xxx. paria in foro per triduum dedit. Tabulamq; pictam in nemore Dianæ posuit.

✠Marlanis. ue. le.

De ætate picturæ opeꝝ & artificum indicatura nobilitates.cccv. Cap. viii.

Nunc celebres

NVnc celebres in ea arte q̃ maxīa breuitate ꝑcurram, neqꝫ eñ instituti opis est talis executio. Itaqꝫ & quosdam uelut ĩ trãscursu & ĩ aliorũ mentiõe obiter noĩasse satis erit exceptis operũ claritatibus, quæ & ipsa conueniet attringi, siue exrãt, siue intercidere. Non constat sibi ĩ hac parte græcorũ diligẽtia q̃ mltas post olympiadas celebrãdo pictores q̃ statuarios auctores. Primũqꝫ olympiade nonagesima, cũ & phidiam ipsũ initio pictorem fuisse tradat̃, clypeumqꝫ Athenis ab eo pictum ꝑterea in confesso sit octogesimatertia fuisse panæũ fratrem eius, q clypeũ intus pinxit ✠ Elide Mineruæ quã fecerat Colores phidiæ discipulus, & in faciendo Ioue olympio adiutor. Quid̃qꝫ in confesso ꝑinde est Bularchi pictoris tabula in qua erat magnetũ prœliũ, a Cãdaule rege Lydiæ Heraclidarũ nouissimo, q & Myrsilꝰ uocitatꝰ est, repensã auro. Tanta iam dignatio picturæ erat. Id circa ætatẽ Romuli acciderit necesse est duo eñ de uicesima olympiade interiit Candaules, aut ut q̃dam tradũt eodẽ anno, quo Romulꝰ nisi fallor, manifesta iã tũ claritate artis adeo absolutiore. Quod si præcipit̃, necesse est, simul appareat multo uetustiora pricipia eẽ eorũqꝫ qui monochromata pinxerunt, quorꝫ ætas non tradit̃. Aliquanto ergo ante fuisse Hygiemonem Monocromadam, qui primꝰ in pictura marem feminãqꝫ discreuit. Eumarum Atheniensem figuras omnes imitari ausum. Quiqꝫ inuenta eius excoluerit Cimonem Cleoneum. Hic Catagrapha ĩuenit, hoc est obliquas imagines & uarie formare uultos respiciẽtes, suspicientesue, & despiciẽtes. Articulis etiã mẽbra distinxit, Venas protulit, prætereqꝫ in ueste rugas & sinus inuenit * Panæus q̃dem frater phidię etiã ꝑlium atheniensiũ aduersus persas apud Marathonem factũ pinxit. Adeo iam colorũ usus increbruerat, adeo ars ꝑfecta erat, ut ĩ eo ꝑlio iconicos duces pixisse tradat̃ atheniẽsium Milciadẽ, Callimachũ, Cynegyrũ Barbarorꝫ Dariũ. Thissaphernem.

✠ Aegide.

*panænus. pãdænus.

Primum picturæ certamen, & qui primi penicillo pinxerunt Cap. ix.

QVinimmo certamen picturæ etiam florente eo institutũ est Corinthi ac Delphis. primusqꝫ omnium certauit cum Timagora chalcidense, superatusqꝫ est ab eo pythis, quod & ipsius Timagoræ carmine uetusto apparet. chronicorũ error nõ dubio. Alii quoqꝫ post hos clari fuere nonagesima olympiade, sicut poliguotus Thasius, q primus mulieres lucida ueste pinxit, capita earꝫ miris uersicoloribus operuit, plurimumqꝫ picturæ primus contulit. Siquidem instituit os adaperire, dẽtes ostẽdere, uultũ ab antiquo rigore uariare. Huiꝰ est tabula in porticu Põpei, quæ ante curiã eius fuerat. In qua dubitat̃ ascendẽtẽ cũ clypeo pinxerit, an descendẽtem. Hic delphis ædẽ pinxit. Hic & athenis porticũ quæ Pœcile uocat̃ gratuito, cum partem eius Micon mercede pingeret. Vnde maior huic auctoritas. Siq̃dem Amphictiones, quod est publicum græciæ conciliũ, hospitia ei gratuita decreuere. Fuit alius Mycon, q minoris cognoĩe distinguit̃, cuiꝰ filia Timarete & ipa pinxit. Nonagesima aũt olympiade fuere Aglaophon Cephisodorus phrylus Euenor pater. Parrhasii & ꝑceptor maximi pictoris, de quo suis annis dicemus. Oẽs hi iã illustres non tñ in q̃bus hærere expositio debeat festinans ad lumina artis, in quibus primꝰ refulsit. Apollodorus atheniensis nonagesimatertia olympiade. Hic primus species exprĩere ĩstituit, primusqꝫ gloriã penicillo iure cõtulit. Eius est sacerdos adorãs, & Aiax fulmĩe incensus q Pergami spectat̃ hodie. Neqꝫ ãte eũ tabula ullius ostendit̃, quæ teneat oculos. Ab hoc artis fores apertas Zeusis Heracleotes intrauit olympiadis nonagesimęquintæ anno quarto, audentẽqꝫ iã aliq̃d penicillũ (de hoc.n. adhuc loq̃mur) ad magnã gloriã ꝑduxit. A q̃busdam falso in octogesimanona olympiade positus, cũ fuisse necesse est Demophilum Hymereum, & Neseam Thasium, qñ utrius eorum discipulus fuerit ambigit̃. In eũ Apollodorus supradictus uersus fecit, artem ipsis ablatã. Zeusin ferre secũ. Opes quoqꝫ tãtas acquisiuit, ut in ostentatione earum olympiæ aureis litteris in palliorum tesseris intextũ nomen suum ostentaret. Postea donare opera sua instituit, q ea nullo satis digno ꝑtio ꝑmutari posse diceret, sicuti Alcmenã agrigẽtinis, pana Archelao. Fecit & Penolopẽ, in q̃ †amores pinxisse uidet̃, & Athletã. Adeoqꝫ sibi in illo placuit, ut uersũ subscriberet celebrẽ ex eo inuisurũ aliquem facilius q̃ imitaturꝫ. Magnificus est Iupiter eiꝰ in throno astãtibꝰ diis, Et Hercules ĩfans dracones strangulans Alcmena matre corã pauente, & amphytriõe. Deprehendit̃ tñ Zeusis grandior in capitibꝰ articulisqꝫ, alioq̃n tantꝰ diligentia, ut Agrigentinis facturus tabulã, quã in tẽplo Iunonis laciniæ publice dicarẽt inspexerit uirgines eorꝫ nudas, & quinqꝫ elegerit, ut q̃d in quaqꝫ laudatissimũ esset, pictura redderet, pinxit & monochromata ex albo, æquales eius & æmuli fuere Timanthes, Androcydes, Eupompus, Parrhasius.

†Mores Alii.

De auibus per picturam deceptis, & quid difficillimum in pictura. Cap. x.

HAec ſint dicta de lateribus,In terræ aūt reliquis generibus uel maxime natura mira eſt ſulphuris,quo pluria domanꝰ.Naſciꝰ in inſulis æoliis inter Siciliā & Italiā,q̄s ardere diximꝰ. Sed nobiliſſimum in Melo inſula.In Italia quoq iueniꝰ in neapolitano, campanoq agro collibus,qui uocanꝰ leucogræi.quod eſt cuniculis effoſſum ꝑficiꝰ igni. Genera quattuor. Viuū, quod græci apyron uocant,naſciꝰ ſolidū hoc gleboſum.Eo ſolo ex oibꝰ generibꝰ medici utunꝰ. Cætera.u.liquore cōſtāt,& cōficiunꝰ oleo incocta, Viuū aūt effodiꝰ,tranſluceto, & uiret. Alteꝝ genus appellaht glebam,fullonū tm̄ officinis familiare.Tertio quoq gn̄i unꝰtm̄ uſus ē ad ſufficiendas lanas,qm̄ candorem tm̄ molliciēq cōfert.Egula uocaꝰ hoc genꝰ.Quarto aūt ad ellychnia maxīe conficiendas. Cætero tanta uis eſt,ut morbos comitiales depræhendat nidore,impoſitum igni.Luſit & Anaxialus eo candēs in calice nouo prunaq ſubdita circunferens,exardeſcētis repercuſſu pallorē dirū uelut defunctoꝝ effundente cōuiuiis.Natura eius calfacit,cōcoqt.Sed & diſcutit collectiōes corpoꝝ,ob hoc talibus emplaſtris malagmatibuſq miſceꝰ.Renibus quoq & lūbis in dolore cū adipe mire ꝓdeſt impoſitum.Aufert lichenas a facie cum terebinthi reſina,& lepras, Harpax ita uocaꝰ a celeritate auellendi,aoelli em̄ ſubinde debet.Prodeſt & ſuſperioſis lictū.purulenta quoq ex tuſſientibus,& contra ſcorpionū ictus. Vitiligies uiuum nitro mixtū atq ex aceto tritū & illitū tollit.Item lendes in palpebris,aceto ſandaracato ammixto.Habet & in regionibus locū ad expiandas ſuffito domos,Sentiꝰ uis eiꝰ & in aquis feruentibꝰ.Neq alia res facillius accendiꝰ.quo apparet,igniū oim magnā etiā ei ineſſe.Fulmina & fulgura quoq ſulphuris odorē hēt,ac lux ipſa eoꝝ ſulphurea eſt.Et bituninis uicina eſt natura alibi limꝰalibi terra.Limꝰ a iudeæ lacu ut diximꝰ emergens,Tertia in Syria circa Sidonē oppidū maritimū.Spiſſanꝰ hæc utraq,& in denſitatē coeūt,Eſt uero liqdum bitumen ſicut hiacīthium & qd a Babylōe inuehiꝰ.Ibi qdē & cādidū gigniꝰ.Liqdum eſt & apolloniaticū,q̄ oīa græci piſſaſphalton appellant ex argumento picis & bituminis.Gigniꝰ & pingue liquoriſq oleaci in Sicilia,agragantino fonte īficiēs riuū.Incolę id arūdinum pāniculis colligunt citiſſime ſic adhæreſcens. Vtunꝰ q eo ad lucernaꝝ lumia olei uice.Itē ad ſcabiē iumentorū.Sunt q & naphthen de qua in ſecūdo diximus uolomine,bitumini gn̄i aſcribunt. Verū ardēs eiꝰ uis igniō naturæ cognata ꝓcul abeſt ab om̄i uſu.bituminis ꝓbatio ut q̄ maxime ſplendeat,ſitq ponderoſū ac graue.Leue aūt modice,quoniam adulteraꝰ pice. Vis bituminis quæ ſulphuris,ſiſtit,diſcutit,atrahit,glutinat.Serpētes nidore fugat accenſum.Ad ſoffuſiones oculorū & albugines babylonium efficax traditur,item ad lepras lichenas prutituſq corporum. Illiniꝰ & podagris.Om̄ia aūt eius gn̄a incommodos oculorum pilos replicant.Dētium doloribꝰ medentur ſimul cum nitro illita.Tuſſim ueterem & anhelitus cum uino potum emendar. Dyſēteriçis etiā daꝰ eodē modo.Siſtitq aluū.Cū aceto uero potū diſcutit cōcretū ſanguinē,& detrahir. Mitigat lumborū dolores itē articuloꝝ.Cū farina hordeacea impoſitū,emplaſtrum peculiare facit ſui nominis

v

cit sui numinis.Sãguinẽ sistit,Vulnera colligat.Glutinat neruos.Vtunť ẽt ad q̃rtanas bituminis drachma & hedyosmi pari pondere cũ myrrhæ obolo subacti Comitiales morbos nstũ deprehendit.Vuluaꝝ strangulationes olfactũ discutit cũ uino & castoreo.Procidẽtia sedis suffitu reprimit.Purgatiões fœminaꝝ in uino potũ elicit.In reliquo usu ærametis illiniť,firmatq; ea cõtra ignes.Diximus & tingi solitas ex eo statuas & illini.Calcis quoq; usũ pbuit,ita ferruminatis babylonis muris,placet in ferrariis fabroꝝ officinis tingendo ferro,clauorumq; capitib⁹,& multis aliis usibus.Nec minor aut ab eo dissimilis est aluminis opa qđ itelligiť salsugo terræ.Plura & eius gña.In Cypro candidũ & nigrũ,exigua coloris differentia,cũ sit usus magni,quoniam inficiẽdis claro colore lanis candidũ liquidũq; utilissimum est.Contraq; fuscis aut obscuris nigruȝ.Et auꝝ nigro purgať.Fit autẽ omne ex aqua limoq;,hoc est terræ exudantis natura. Corriuatũ hyeme æstiuis solibus maturať.Quod fuerit ex eo præcox,candidum fit.Gigniť aũt in Hispania,ægypto.Armenia,macædonia,põto,africa.Insulis sardinia melo,lipara,strõgile.Laudatissimum ægypto, pximi Melo.Hui⁹quoq; duæ species,liquidum,spissumq;.Liquido probatio,ut sit lympidum lacteũq; sine offensis fricandi,cum quodã igniculo caloris.Hoc phorimon uocant.An sit adulteratum,deprehendiť succo punici mali.Sincerũ eñ mixtura ea nigrescit,Alterum gen⁹est pallidæ & scabrę naturæ,& qđ inficiť galla.Ideoq; hoc uocãt paraphoron.Vis liqdi aluminis astringere,indurare,rodere.Melle ammixto sanat oris ulcera,papulas,pruritusq;.Hæc curatio fit i balneis duab⁹mellis partib⁹,tertia aluminis.Vir⁹alarũ sudoresq; sedat.Sumiť pilulis cõtra lyenis uitia.Pellendũq; pruritũ ac p urinã sanguinem,Emendat & scabiem nitro ac melanthio admixtis.Concreti aluminis unum genus schiston appellãt græci in capillamenta q̃dam canescẽtia dehiscens.Vñ quidam trichitin potius appellauere.Hoc quoq; fit ex lapide,ex quo & id chalcitin uocãt,ut si sudor qdã eius lapidis in spumã coagulari.Hoc genus aluminis siccat,minusq; sistit honorẽ inutilem corporibus.Sed auribus magnope pdest infusum,uel illitũ,uel oris ulceribus, dentibusq; si saliua cum eo contineať.Et oculorum medicamentis inseriť apte,uerendisq; sexus.Cogť in patinis,donec liquari desinat.Inertioris est & alteꝝ genus qđ ✣ strigilin uocãt.Duæ eius species.fungosũ atq; omniũ ore dilui facile,qđ in totũ damnať.Melius pumicosum,& foraminũ fistulis spõgiæ simile, rotundũq; natura,candido ppius,cum quadam pinguedine sine harenis frialibus, nec inficiẽs nigritia.Hoc coquiť per se carbonibus puris,donec cinis fiat.Optimũ ex oĩbus quod melinum uocãt, ab insula Melo,ut diximus.Nulli uis maior neq; astringẽdi,neq; denigrãdi,neq; indurandi. Nullum spissius.Oculoꝝ scabricias extenuat,conbustum utilius epiphoris inhibendis.Sic & ad pruritus corporibus.Sanguinem quoq; sistit in torum foris illitũ.Vulsis pilis ex aceto illitũ,renascentẽ mollit languinem sũmam,oĩum generũ uis in astringendo. Vnde nomen græcis. Ob id oculorũ uitiis aptissima sunt.Sanguinis fluctiones inhibent cũ adipe. Sic & infantium ulcera putrescẽtia ulceꝝ compescit cũ adipe,& hydropicoꝝ eruptiones siccat.Et auriũ uitia cũ succo punici mali. Et unguiũ scabricias,cicatricũq; duritias,& pterygia ac pniones.Phagedenas ulceꝝ ex aceto,aut cũ galla pari põdere cremata.Lepras cũ succo oleꝝ. Cũ salis uero duab⁹ partibus uitia q̃ serpũt. Lẽdes & alia capilloꝝ animalia pmixtũ aq̃.Sic & ambustis pdest,& furfuribus corporũ ✣ cum sero pice.Infundiť & dysentericis.Vuã quoq; in ore cõprimit,ac tonsillas.Ad oĩa q̃ in cæteris generib⁹ diximus efficaci⁹ itelligiť ex Melo aduectũ.Nã ad reliquos usus uirę i cotiis lanisq; pficiẽdis quanti sit momenti,sigificatũ est.Ab his p se oĩa ad medicinas ptinẽtia terræ gña tractabimus.

✣ Strongylen. Dioscoria.

✣ Cũ cæra & pice Diosco.

De terra Samia & Eretria & Chia & Selinusia & Pnigiti & Ampeliti mediciæ. Cap.xvi.

SAmiæ duæ sunt,quæ ⁎ syropicon,& q̃ aster appellanť,prioris laus,ut recẽs sit,& leuis,linguęq; glutinosa.Altera globiosior,candida.Vtraq; utiť,ac lauať,Sunt q p̃ferant priorem, prosunt sanguinem expuentibus.Emplastrisq; quæ siccandi causa componuntur.Oculorũ quoq; medicamentis miscenť.Eretria totidem differentias habet. Nãq; & alba est, & cinerea,quæ p̃fcrť in medicina.Probať mollicie,& qđ si ✣ ære p̃ducať,uiolaceũ reddit colorẽ.Vis & ratio eius i medẽdo dicta est inter pigmenta.Lauať oĩs terra.In hoc eñ loco dicemus,pfusa aqua siccataq; solib⁹, iteꝝ ex aq̃ trita ac reposita,donec considat,& digeri possit in pastillos.Coquiť in calcibus crebro cõcussu.Est in medicaminib⁹& Chia terra cãdicãs,effectus ei⁹q Samiæ. Vsus ad mulieꝝ maxime cutẽ,Idẽ & Selinusiæ.Lactei coloris ẽ hæc,& aq̃ dilui celerria.Eadẽq; lacte diluta,& tectorioꝝ albaria interpolanť. Pnigitis ererriæ simillima ẽ grãdiorib⁹ tñ glebis & glutinosa, cui effectus idẽ qui cimoliæ,infirmior tñ.Bitumini simillima est ampelitis.Experimentum eius,si cæræ modo ac

⁎ Collyriõue.le. & Dios.

✣ Aera p̃ducãť.

cepto oleo liquescat. Et si nigricans color maneat rostæ. Vsus ad molliēdū discutiendūq;. Ad hęc medicamentis addit, præcipueq; in callıblepharis & inficiendis capillis.

Cretæ gña ad uestiū usus cimolia, sarda, umbrica, saxum, argentariam. Cap. xvii.

Cretæ plura gña. Ex iis cimoliæ duo ad medicos ptinentia. Candidū & ad purpurissum inclinans. Vis utriq; ad discutiendos tumores, & sistendas fluxiones aceto assumpto. Panos quoq; & parotidas cohibet. Et lichenas illita, pustulasq;. Si uero aphronitro & cyprino admisceat, & acetū, pedū tumores sanat, ita ut in sole curatio hæc fiat, & post sex horas aq̃ salsa abluat. Testiū uero tumorib⁹ cypria cæra addita pdest, & refrigerādi quoq; natura cretæ est, sudoresq; imodicos sistit illita. Atq; ita papulas cohibet ex uino sūpta in balneis. laudat maxīe thessalica. Nascit & in Lycia circa Buboné, est & ali⁹ cimoliæ usus in uestib⁹. Nā sarda q̃ affert de Sardania, candidis tm̄ assumit. Inutilis uersicolorib⁹, est & utilissima oium cimoliæ generū, preciosior umbrica, & quā uocāt saxū. Proprietasq; saxi, q crescit i macerādo, atq; pondere emit, illa mensura. Vmbrica nō nisi polièdis uestibus assumit. Nāq;. n. pigebit hāc quoq; partē attigere, cū lex metella extet fullonib⁹ dicta, quā C. Flāminius & L. Aemilius cēsores dedere ad pplm ferrēdā. Adeo oia maiorib⁹ curæ fuere. Ergo ordo hic est. Primum abluit uestis sarda, dein sulphure suffit, mox desquāmat cimolia, q̃ est coloris ueri. Fucat⁹ em̄ deprehēdit, nigrescitq;, & effundit sulphure. Veros āt & pciosos colores emollit cimolia, & quodā nitore exhilarat cōtristatos sulphure, candidis uestibus saxum utilius a sulphure. Inimicū coloribus. Grætia pro cimolia ✤ tympano utit gypso. Alia creta argētaria appellat, nitorē argenteū reddēs. Est & uilissima quā circū pducere ad uictoriæ notam, pedesq;, uenalium trans mare aduectorum donare instituerūt maiores. Talemq; plocium mimicæ scænæ conditorē & astrologiæ consobrinum eius Manlium Antiochum, item grāmaticæ Taberium Erotem. Eadem naue aduectos uidere proaui.

✤ Tympanico uel tympanetico. The.

Qui & quorum liberti præpositi. Cap. xviii.

Sed quid hos referro aliquo litterarum honore cōmendatos? Talē i catasta uidere Chrysogono Syllæ ✤ Amphionē. Qu. Catuli interfectorē, Heronem. L. Luculli Demetrium Pōpeii, Augenemq; Demetrii. q̃q̃ & ipsa Pōpeii credita est, & Hipparchū. M. Antonii ✤ Menam & Menecratē Sex. Pōpei, aliosq; deiceps, quos enumerare iam nō est, e sanguine quiritiū & pscriptionū licentia ditatos. Hoc est insigne uenaliciis gregibus, opprobriūq; insolentis fortunæ, q̃ & nos adeo potiri rerū uidim⁹, ut ptoria quoq; ornamēta decerni a senatu iubente Aggrippina Claudii Cæsaris uiderimus libertis. Tantūq; nō cū laureatis fascib⁹ remitti illo unde cretatis pedib⁹ aduenissent.

✤ amphionē uel. le. ñ hét.

✤ Menedorum.

Terra gallata, terra clupea, terra balearica, terra ebusitana. Cap. xix.

Præterea sunt gña terræ, pprietatis suæ, de qbus iā diximus, Sed & hoc loco reddenda natura. Et gallata insula & circa clupeā africæ scorpiōes necat, & balearis & ebusitana serpētes.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXVI.

PROOEMIVM

Naturæ lapidum ac marmorum luxuria. Caput. i.



Lapidum natura restat, hoc est pcipua morū insania, etiam ut gēmæ cū succinis atq; crystalli cum murrhinis sileant. Omnia nanq; quæ usq; ad hoc uolumen tractauim⁹ homini aliq̃ ex causa genita uideri possunt. Mōtes natura sibi fecerat ad q̃sdā compages telluris uisceribus densandis, simul ad impetus fluminū domandos, fluctusq; frangēdos, ac minime qetas partes coercēdas durissima sui materia, Cædim⁹ hos, trahimusq; nulla alia q̃ deliciarum cā, quos trāscēdisse quoq; mirū fuit. In portento pꝓe habuere maiores alpeis ab Hānibale exupatas, & postea a Cimbris. Nunc ipsæ cædunt in. M. gña marmorū. Promontoria aperiunt mari, & rerū natura agit in planū. Euchin⁹ea q̃ sepandis gētib⁹ p terminis cōstituta erant, nauesq; marmorū cā fiūt, ac p fluct⁹ sæuissimam rerū naturæ partē, huc illucq; portant iuga montiū, maiore etiānū uesania, q̃ cū ad frigidos pot⁹ uas petit in nubila Cœloq; pxīæ rupes cauant, ut bibat glacie. Secū q̃sq; cogitet q̃ ptia hoc audiat q̃s uehi trahiq; moles uideat. Sed & q̃ sine his multorū fuerit beatior uita, Sed q̃q; multorū neces sit necesse ista facē, imo uert⁹ pati mortaleis, quos ad us⁹, q̃sue ad uoluptatis alias nisi ut iter macías lapidum iaceant

pidū iaceāt,ceu uero nō tenebris noctiū dimidiæ parti uitæ cuiusq; gaudia hęc auferētib⁹.Ingēs ista reputantē subit etiā antiqtatis robor.Extāt cēsoriæ leges glādia ī cœnis gliresq; & alia dictu minora apponi uetātes.Marmora inuehi,& maria hui⁹rei causa trāsiri,q̄ uetaret lex nulla lata ē.

Quis primus in publicis operibus ostenderit. Cap.ii.

Dicat,fortassis aliquis,non em̄ inuehebant. Id qdē falso.ccclx.colūnas.M.Scauri ædilitate ad scænā theatri tēporarii & uix uno mense futuri in usu uiderūt portari silentio legum. Sed publicis nimi⁊ indulgentes uoluptatibus.id ipsum cur?aut q̄ magis uia irrepūt uitia q̄ publica?Enimuero nō alio mō in priuatos usus illa uenere,ebora,au⁊,gēmæ,aut qd oīno diis reliqmus?Ve⁊ esto indulserint publicis uoluptatib⁹,etiāne tacuerūt maxias ea⁊ atq; adeo duo de qdragenū pedū lucullei marmoris in atrio Scauri collocari,nec clam illud occulteq; factū est. Satis dari sibi damni infecti egit redēptor cloaca⁊ cum in palatio extraherent.Non ergo ī tā malo exemplo moribus caueri utilius fuerat,q̄ tacere tātas moles in priuatā domū trahi pter fictilia deo⁊ fastidia.

Quis primus pegrino marmore colūnas habuerit Romæ. Cap.iii.

Nec potest uideri Scaurus rudi & huius mali improuidæ ciuitati obrepisse quodā uitæ rudimento,Iam em̄.L.Crassum oratorē illū,q primus peregrini marmoris colūnas habuit in eodem atrio,Hymetias tñ nec plures sex aut lōgiores duodenū pedū,quem.M.Brutus in iurgiis ob id Venerem palatinā appellauerat.Nimi⁊ ista omisere morib⁹ uictis, frustraq; iterdicta q̄ uetuerāt,cernētes,nullas poti⁹ q̄ irritas eē leges maluerūt.Qui nos sequunt meliores nō eē pbabūt.Quis em̄ tanta⁊ hodie columna⁊ atriū habet?Sed prius q̄ de marmorib⁹ dicamus hominum in iis præferenda iudicamus pretia.Ante igit artifices censebimus.

Qui primū laudati in marmore sculpendo,& quibus temporibus. Cap.iiii.

Marmore scalpendo primi oīum inclaruerūt Dipoenus & Scyllis geniti in Creta insula, etiamnū Medis impantibus,priusq; q̄ Cyrus in Persis regnare inciperet, hoc est olympiade circiter qnqgesima.Ii sicyonē se cōtulere,q̄ diu fuit officina⁊ oīm metallo⁊ pria. Deorū quorūdā simulacra publice simul locauerāt Sicyonii, q̄ prius q̄ absoluent, artifices iniuriam qsti abierūt in ætolos.Protin⁹Sicyonios fames inuasit ac sterilitas,merorq; dirus. Remediū petētib⁹ Apollo pythius affutu⁊ respōdit.si Diponeus & Scyllis deo⁊ simulacra pfecissent.Quod magnis mercedibus obsequiisq; impetratū est. Fuere aūt simulacra ea Apollinis,Dianæ,Herculis,Mineruæ,quod e cœlo postea tactum est.

Nobilitates opum & artificū in marmore.cxxvi.de marmore pario & mausoleo. Cap.v.

Cvm ii essent,iam fuerāt in Chio insula Malas sculptor,dein filius eius Miciades,ac deinde nepos Anthermus chius,cui⁹filii Bupalus & Antherm⁹clarissimi in ea scientia fuere Hipponactis poetæ ætate,quē certū est.lx.olympiade fuisse.Quod si qs horū familiā ad pauū usq; retro agat,inueniet artis ei⁹originē cū olympiadū origine cœpisse.Hipponacti notabilis fœditas uultu erat,quāobrē imaginē ei⁹lasciuia ioco⁊ ii posuere ridentiū circulis.Quod Hipponax īdignat⁹,amaritudie carminū distrinxit eos ī tm̄,ut credat aliquos ex iis ad laqū cōpulisse,qd falsū ē.Cōplura.n.ī finitimis īsulis simulacra postea fecere,sicut ī Delo,qb⁹subiecerunt carmen non uiribus tm̄ censeri Chiū,sed & opibus Anthermi filio⁊.Ostendūt & lasii Dianā manibus corum factā.Et ī ipō Chio narrata est opis eo⁊ Dianæ facies in sublimi posita,cui⁹uultū intrātes tristē, abeuntes exhilaratū putāt.Romæ signa eorum sunt in palatina æde Apollinis ī fastigio. Et oib⁹ fere q̄ Diu⁹ August⁹fecit.Patris quoq; eo⁊ & Deli fuere opa,& in Lebedo insula. Dipoeni quidē ambratia,argos,cleone,opibus refertæ fuere.Oēs aūt tm̄ candido marmore usi sunt e paro īsula quē lapidē cœpere lychnitē appellare,qm̄ ad lucernas in cuniculis cæderetur,ut auctor ē Varro, multis postea cādidioribus repertis.Nuper etiā in Lunensiū lapidicinis.Sed in pario⁊ mirabile pditur,gleba lapidis uni⁹cuneis diuidētiū soluta imaginē Sileni intus extitisse.Non omittendū hāc artē tanto uetustiorē fuisse q̄ pictorā aut statuariā,q̄rum utraq; cū Phidia cœpit octogesima tertia olympiade,post ānos circiter.cccxxxii.Et ipm̄ Phidiā tradūt sculpsisse marmora, Venerēq; ei⁹ eē Romæ ī Octauiæ opib⁹eximiæ pulchritudinis.Alcamenē atheniensem(quod certum est)docuit in primis nobilē,cuius opa Athenienses cōplura in ædibus sacris posuere. Præclaramq; Veneris imaginē extra muros quæ appellat aphrodite+exopolis.Huic sūmā manū ipe Phidias iposuisse dicit.Ipsius discipulus fuit Agoracritus Parius et ętate grat⁹.Itaq; e suis operibus plæraq; nol ei⁹ donasse fert,Certauere āt inter se ambo discipuli in Venere faciēda.Vicitq; Alcamenes non ope.

+enceeis Pausa.& uet⁹.lec.

re,sed ciuitatis suffragiis cõtra pegrinũ suo fauẽtis.Quare Agoracritꝰ ea lege signũ suũ uẽdidisse tradit,ne Athenis esset,& appellasse nemesim.Id positũ est Rhanunte pago atticæ qđ.M. Varro oibns signis ꝑtulit.Est & in matris magnæ delubro i eadẽ ciuitate Agoracriti opꝰ.Phidia clarissimũ esse p oẽs gentes q̃ Iouis olympii famam intelligunr,nemo dubitat.Sed ut & merito laudari sciant etiã q opa eius non uiderunt ꝓferemus argumẽto paruo & ingenii tm̃.Neq̧ ad hoc Iouis olympii pulchritudine utemur,non Mineruæ athenis factæ amplitudie, cũ sit ea cubitoꝝ. xxvi. Ebore hæc & auro coustat,sed in scuto eius in quo Amazonũ ꝑlium cælauit intumescente ambitu palmæ eiusdem concaua parte deorum & gigantum dimicatioẽ, iu soleis uero lapitharũ & centaurorum,adeo momenta oĩa copacta artis illi fuere.In base autẽ quod cælatum est Pandoras genesin appellauit.Ibi dii sunt.xx.numero nascẽtes,uictoria præcipue mirabili periti.Miranť & septẽ,& sub ipsa cuspite æream sphigem.Hæc licet sint obiter dicta de artifice nunq̃ satis laudato simul ut noscať illam magnificentiam æqualẽ fuisse & in paruis.Praxitelis ætatẽ inter statuarios diximus,q marmoris gloria supauit etiã semet.Opera eius sunt Athenis in ceramico,sed ante oĩa & non solum Praxitelis uerum & in toto orbe terraꝝ Venus quã ut uiderẽt multi nauigauerũt Gnidũ,duas fecerat,simulq̧ uendebat, alteram uelata specie quam ob id qdem ꝑtulernnt opinione,quoꝝ cõditio erat Coi cum alterã etiam codẽ ꝑtio detulisset seueꝝ id ac pudicum arbitrantes.Reiectam Gnidii emerunt,immensa differẽtia famæ, Voluit eã postea a Gnidiis mercari rex Nicomedes,totũ æs ciuitatis alienũ,qđ erat ingens.dissolutuꝝ repromittens.Oĩa ppeti maluere,nec immerito.Illo eñ signo Praxiteles nobilitauerat Gnidũ,ædicula eius tota aperiť,ut cõspici possit undiq̧ effigies deæ.fauẽte ipa crediť facto.Nec minor ex q̃cũq̧ parte ammiratio est. Ferunt amore captũ quendã,cũ delituisset noctu simulacro cohæsisse,eiusq̧ cupiditatis eẽ indicẽ maculã,Sũt in Gnido & alia signa marmorea illustriũ artificũ.Liber pater Bryaxidis,& alter Scopæ & Minerua.Nec maius aliud Veneris praxitelicæ specimen q̃ qđ īter hęc sola memorať,Eiusdẽ est Cupido obiectus a Cicerone Verri ille ꝓpter quẽ Thespiæ uisebať, Nũc in Octauiæ scholis positus.Eiusdẽ & alter nudꝰ i Pario colonia ꝓpõtidis par Veneri Gnidię nobilitate & iniuria. Adamauit eñ eũ Alchidas rhodiꝰ,atq̧ i eo quoq̧ simile amoris uestigiũ reliqt.Romæ Praxitelis

*Chlora.

opa sunt,*Flora Triptolemꝰ,Ceres in hortis Seruilianis. Boni Euentus & Bone Fortunæ simulacra in capitolio.Itẽ & Menades,& q̃s Thyiastas uocãt,& Caryatidas & Sileni Asinii poliõis monumẽtis,& Apollo & Neptunꝰ.praxitelis filius Cephidorꝰ & artis hæres fuit.Cuiꝰ laudatum est pgami

♣Symplegma

♣ symplega signũ nobile digitis corpi uerius q̃ marmori impssis.Romæ eius opa sũt Latona i palatii delubro. Venus in Asinii pollionis monumentis,& intra Octauiæ porticus i Iunonis æde. Aesculapius ac Diana.Scopæ uero laus cũ his certantis.Fecit Venerẽ & poton & phaethontẽ, qui Samothraciæ sanctissimis in cærimoniis coluní.Itẽ Appollinẽ palatinũ. Vestã sedẽtem laudaram in seruilianis hortis,duasq̧ chameteras circa eã,quoꝝ pares i Asinii monumẽtis sunt . Vbi & Cãephorus eiusdẽ.Sed in maxĩa dignatione Cn.Domitii delubro in cyrco flãminio Neptunus ipse & Thetis atq̧ Achilles Nereides supra delphinos & cete & hippocãpos sedentes.Item tritones , chorusq̧ phorci & pristes,ac mľa alia marina eiusdẽ mauꝰ oĩa magnũ & ꝑclarũ opus etiã si totius uitæ fuisset. Nunc uero ꝑter supradicta q̃q̧ nescimus.Mars est etiã sedens,Colossus eiusdẽ in tẽplo Bruti Callaici apud circũ eundem adlauicanam portã eũti.Præterea Venus in eodem loco nuda praxitelica illam gnidiam antecedentes,& quæcunq̧ alium locum nobilitãt,Romæ quidem magnitudo opum est iã oblitterata a magnis officiorũ negocioꝝ aceruis,quæ oẽs a contemplatione taliũ abducũr,qm̃ ociosorũ, & in magni loci silentio apta ammiratio talis est.Qua de causa ignorať artifex eiꝰ quoq̧ Veneris quã Vespasianꝰ impator in opibꝰ pacis suæ dicauit antiquoꝝ dignã fama.Parhesitatio est in templo Apollinis sosiani Nioben cũ liberis morientem scopas an praxiteles fecerit.Item Ianꝰ pater in suo templo dicatꝰ ab Augusto,ex egypto aduectꝰ, utriꝰ manu sit iam quidem & auro occultatꝰ.Similiter in curia Octauiæ quæriť de Cupidine fulmẽ tenẽte.Id demũ affirmať,Alcibiadem esse principem forma in ea ætate,Multa in eadem schola sine auctoribꝰ placent.Satyri q̃ttuor,ex quibꝰ unꝰ liberũ patrẽ palla uellatũ ueneri præfert , & alter liberam similiter. Tertiꝰ ploratnm infantis cohibet.Quartꝰ cratere alteriꝰ siti sedat,duęq̧ nymphæ uelificantes sua ueste.Nec minor q̃stio est in septis.Olympũ & pana Chironẽq̧ cum Achille q fecerint ꝑsertim cũ capitali satisdatiõe fama iudicet dignos. Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin & Timotheũ,& Leocarem.de qbus simul dicendũ est,quoniam pariter cælauere Mausoleum hoc

est sepulchrū ab uxore Artemisia factū Mausolo Cariæ regulo,q obiit olympiadis cētesimæ anno secūdo.Opus id ut esset īter septē miracula,ii maxie artifices fecere,patet ab austro & septētriōe exagenos ternos pedes.Breuius a frontibꝰ toto circuitu pedes q̄dringētos.xi.attollit in altitudinem.xxv.cubitis.Cingit colūnis.xxxvi.ab oriēte celauit Scopas a septētriōe Bryax,a meridie Timotheꝰ,ab occasu Leocares.Priusq̄ q̄ pagerēt,regia Artemisia,q̄ mariti mēoriæ id opꝰ extrui iusserat,obiit.Non tn̄ recesserunt,nisi absoluto iā.Id gloriæ ipsorū artisq̄ monumentū iudicātes,hodieq̄ certāt manus accessit & quintus artifex.Nanq̄ supra pteron Pyramis altitudine inferiorem æquauit.xxiiii.gradibus in metæ cacumen se cōtrahens.In sūmo est q̄driga marmorea, quā fecit Pythis.Hæc adiecta.cxl.pedū altitudine,totum opus includit.Timothei manu Diana Romæ est in palatio Apollinis delubro,cui signo caput reposuit Aulaniꝰ Euāder.In magna āmiratione ē & Hercules Menestrati.Et Hecatæ ephesi in tēplo Dianæ post ædē ī cuiꝰ contēplationē ammonēt æditui parcere oculis,tanta marmoris radiatio est.Nō postferunt & Charites ī ppylæis Atheniēsiū q̄s Socrates fecit,aliꝰ ille q̄ pictor.idē ut aliq putant.Nā Myronis illiꝰ,q ære laudat,anꝰ ebria est smyrnæ in primis inclyta.Pollio Asiniꝰ ut fuit actis uehemētiæ,sic quoq̄ spectari, monumēta sua uoluit.In iis sunt centauri nymphas gerētes Archesitæ,Thespiades,Cleomenis.Oceanus & Iupiter.Enthochii Hippiades Hermerotes Taurisci nō celatoris illiꝰ,sed Tralliani.Iupiter hospitalis. +Pappipi Praxitelis discipuli Zetus & Amphitiō & Dirce & Taurꝰ,uinculūq̄ ex eodē lapide. +Pappi A rhodo aduecta opa Apollinii & Taurisci parentum.li certamen de se fecere Menecraten uideri psessi,sed eē naturalē Artemidorū.Eodē loco Liber pater Eutychidis manu laudat , ad Octauiæ uero porticū Apollo Philisci rhodiii delubro suo.Itē Latona & Diana,& musę nouē,& alter Apollo nudꝰ.Eū q citharā in eodē templo tenet,Timachrites fecit.Intra Octauię uero porticꝰ I ędē Iunonis ipsam deā Dionysius & Policles,aliā Venerē eodem loco Philiscꝰ. Cætera signa Praxiteles. Iiē Polycles & Dionysius Timarchidis filii Iouē q est ī proxīa æde fecerūt.Pana & Olympū luctātes.Eodē loco Heliodorus,quod est alterum in terris symplega nobile, Venerem lauantem sese, Dædalum astantē Polycharmꝰ.Ex quo apparet in magni honoris auctoritate habitū Lysiæ opus quod in palatio super arcum diuus Augustus honori Octauii patris sui dicauit ī ædicula colūnis adornata.Idest q̄driga currusq̄,& Apollo ac Diana ex uno lapide.In hortis seruilianis r?pio laudatos Calamidis appollinē illiꝰ cælatoris,dactylidis Pythias Amphistrati Callisthenē historiarū scriptorē,deiñ multorū obscurior fama est,quorundā claritati in opibꝰ eximiis obstante numero artificum,qm̄ nec unus occupat gloriam,nec plures pariter nūcupari possunt, sicut ī Laocoonte q est in Titi impatoris domo,opus oībus & picturæ & statuariæ artis præponendū. Ex uno lapide eum & liberos,draconūq̄ mirabiles nexus de consilii sententia fecere summi artifices Agesander & Polydorus & Athenodorus rhodii.Similiter palatinas domos Cæsarū repleuere probatissimis signis Craterus cū pythodoro.Polydectes cū Hermolao,pythodorꝰ aliꝰ cū Artemone. Et singularis aphrodisiꝰ trallianis,Agrippæ pantheum decorauit Diogenes atheniensis,& Caryatides. In colūnis tēpli eius pbant inter pauca opeꝶ sicut in fastigio pōsita signa,sed ppter altitudinē loci minꝰ celebrata.In honore est & in tēplo illo Hercules ad quem pœni oībus annis humana sacrificauerunt uictima,humi stans,ante aditū porticus agnationes sitæ.Fuere & Thespiades ad ædē Fœlicitatis,quaꝶ unā amauit eques romanꝰ Iuniꝰ Pisciculus,ut tradit Varo,ammirat & Praxiteles,q etiam quinq̄ scripsit uolumina nobiliū opeꝶ in toto orbe.Natus hic ī græcia Italiæ ora & ciuitate romana donatꝰ cū iis oppidis.Iouem fecit eburneū in Metelli æde,qua cāpus petit. Accidit uero ei,ut cū ī naualibꝰ ubi feræ africanæ erant per caueā intuens leonem cælaret , ut ex alia cauea panthera erumperet non leui periculo diligentissimi artificis. Fecisse opera cōplura dicit, sed quæ fecerit nominatim non refert.Archesilaū quoq̄ magnificat Varro cuius se marmoream habuisse leænā tradit,aliregosq̄ ludentes cū ea Cupidines,quorū alii religatā tenerēt,alii e cornu cogerent bibere,alii calciarēt soccos,& oēs ex uno lapide.Idē & a Coponio.xiiii. nationes q̄ sunt circa Pompeiū factas auctor est,inuenio & Canacū laudatum inter statuarios,fecisse marmorea, Nec minus Sauron atq̄ Barthracum obliterari conuenit,qui fecere templa Octauiæ porticibꝰ inclusa,natione & ipsi lacones.Quidā & opibꝰ ppotentes fuisse eos putant,ac sua impensa construxisse,inscriptionem sperantes.Qua negata,hoc tn̄ alio loco & modo usurpasse. Sunt certe etiāoū in columnarū +epistyliis insculpta noim eorū argumēta rana atq̄ lacerta,in Iouis æde extitisse picturā cultusq̄ reliquos oēs fœmineis argumentis constat,etenim facta Iunonis æde cum inferré, +Spiris uetust,le

+eboreis

tur ſigna,pmutaſſe geruli tradūť,& id religiōe cuſtoditō,ͦelut ipſis diis ſedē ita partitis. Ergo & iu Iunonis æde cultus eſt,q̄ Iouis eſſe debeat.Sunt & in paruis + marmoreis famā conſecuti Myrmecides,cuius quadrigā cū agitatore cooperuit alis muſca. Et Callicrates,cu⁹ formicaꝝ pedes atq; alia membra peruidere non eſt.

Quādo primū marmoꝝ ī ædificiis uſus,& qs prim⁹ Romæ cruſtauerit parietes, & qb⁹ ætatib⁹ q̄q; marmora ī uſū uenerit,& qs prim⁹ marmora ſecuerit,& ratio ſecādi de harena. Cap.vi.

HAcc ſint dicta de marmoꝝ ſculptorib⁹,ſummaq; claritate artificū,qoo in tractu ſubit mētē non fuiſſe tū auctoritatē maculoſo marmori,quā fecere Thaſo cycladum inſulaꝝ una,æque & e Lesbio,liuidius hoc paulo uerſicolores quidē maculas habens. Et in totū marmoꝝ apparatom Menander etiam diligeutiſſimus loxuriæ intetpres primus & raro attigit.Columuis demū utebanť in templis,nec læticiæ cauſa,nondū eī iſta intelligebanť, ſed q̄a firmiores alitet ſtatui nō poterant.Sic eſt inchoatū Athenis tēplum Iouis olympii,ex quo Sylla capitolinis ædibus aduexerat columnas.Fuit tamen inter lapidem atq; marmot differentia iam apod Homerū,dicit eī paridem ōs marmoreo ſaxo pcuſſum. Sed hactenus regis quoq; domos laudariſſime tum pter æs,auꝝ,electrum,argentum, ebote tīī adornans. Primū(ut arbitror)uerſicolores iſtas maculas chioꝝ lapidicinæ oſtenderunt,cū extruxerunt moros,faceto in id.M. Ciceronis ſale oībos enim oſtendebāt ut magnificū.Multo,inquit,magis mira res eſſer,ſi tyburtino lapide feciſſetis.Et Hercules non fuiſſet picturæ honos ullus nō modo tantus, ♣ aliqoa marmoꝝ auctoritate. Secandi marmor in cruſtas neſcio an Cariæ fuerit inuentū.Antiquiſſima quod equidē iueniam, Haliacarnaſi Mauſoli domus procōneſo marmore exculpta eſt,lateticiis parietib⁹. Is obiit olympiadis ceutefimæſextæ anno ſecondo. Vrbis romæ anno.ccc.ſecūdo.Primū romæ parietes croſta marmoris opuiſſe tori⁹ dom⁹ ſuæ in Cælio mōte Cornelius Nepos tradidit Mamurrā formiis natū equitē romanū pfectum fabroꝝ.C.Cæſaris in Gallia.Neq; idignatio ſit tali auctore inuētare, Hic nāq; eſt Mamurra Catulli Verōcēſis carbonib⁹ pſciſſus,quē ut res eſt domus ipſius clarios q̄ Catullus dixit habere,qcq̄d habuiſſe comata gallia.Nāq; adiecit idē Nepos eom primū totis ædibus nullā niſi e marmore columnā habuiſſe, oēs ſolidas e cariſtio aut luneuſi Deniq;.M.Lepidus Catulli ī cōſulatu collega prim⁹ oīum limia ex uumidico marmore ī domo poſuit magna repheſiōe.Is fuit conſul anno urbis.dc.lxvi.Hoc primū inuecti nomidici marmoris ueſtigiū iuenio, nō in colūnis tīī cruſtiſue ut Mamorra cariſtiū poſuit, ſed in*maſſa & utiliſſimo liminum uſu.Poſt hunc Lepidū ferme quadriēnio.L.Lucullus conſul fuit, qui nomē(ut apparet ex re)luculleo marmori dedit,admodum deltctatus illo,primuſq; Romā inuexit arrom alioquin cum cætera macolis aut coloribus cōmendeuť.Naſciť aūt iu Nilo inſula,ſolūq; pene horum marmoꝝ ab amatore nomeu accepit.Intet hos primū(ut arbitror)marmoreos parietes habuit ſcæna.M. Scauri, non facile dixerim ſectos an ſolidis glebis politos,ſicuti eſt hodie Iouis tonātis ædes in capitolio.Nō dū eī ſcti marmoris ueſtigia inuenerar Italia.Sed quiſquis primū iuenit ſecare luxuriāq; diuidere, importuni ingenii fuit.Harena hoc fit,& ferro uideť fieri ſerra ī ptenui linea pmēte harenas uerſando tractoq; ipſo ſecāte.Aethiopica ad hoc maxīe pbať.Nam id quoq; acceſſit,ut ad æthiopas uſq; petereť,quod faceret marmora.Immo ueru etiā iu Indos unde margaritas quoq; peti ſeueris moribus indignū erat,hæc proxīe laudať.Molliot tñ quæ ex æthiopia.Illa enī nulla ſcabricie ſecat.Indica non æque leuigat,ſed ea combuſta poliētes marmora fricare iubenť.Simile & naxię uitiū eſt & coptidi, quæ uocať ægyptia.Hęc fuere antiq̄ genera marmoribos ſecandis. Poſtea repta eſt ars,uon miuus probanda,ex quodā Adtiarici maris uado æſto nudante obſeruatione non facili.Iā quidē quacunq; harena ſecare e fluuiis oīb⁹ ftaus artificum auſa eſt,qđ diſpendiū admodum pauci intelligunt.Craſſior enim harena laxioribus ſegmentis terit,& plus erodit marmoris maiuſq; opus ſcabricia politoræ relinqt.Ita ſectæ attenuāť cruſtę.Rurſuſq; Thebaica polituris accōmodať.Eāq̄ fit e poto lapide aut e pumice.Signis e marmore polieudis,gemmiſq; etiā ſcalpendis atq; limandis.

♣Sine aliq̄ uet. lec.

*Meſſe.

De naxio & harmonio,& de generibus marmoꝝ. Cap.vii.

NAxium diu placuit ante alia,ita uocanť cotes in inſuſa Cypro genitæ.Vicere poſtea ex Atmenia uectæ.Marmoꝝ gñā & colores nō attinet dicere in tāta uoticia. Nec facile eſt enumerare in tanta multitodine.Quoto eī quoq; loco nō ſuū marmor iueniť.Et rñ celeberrimi gñis dicta ſunt in ambitu terrarum cum geutibus ſuis.Non oīa tam in lapidicinis gignunť. Sed multa & ſub terta ſparſa.Precioſiſſimi quidem gñis lacædemoniom uiride,cūctiſq; hilarius.

Sic & augu

Sic & Augustū,ac deiñ Tiberiū,in egypto Augusti ac Tiberii primum principatu repta.Differentiaq̃ eo℞ est ab ophite,cum sit illud serpētiū maculis simile unde & nomen accepit,ꝙ hæ maculas diuerso modo colligunt.Augustum undatim crispū in uertices.Tiberiū sparsim conuoluta canicie.Neq̃ ex ophite colūnæ,nisi paruæ admodum inueniunt.Duo eiꝰ gn̄a,molle candidū,nigricās durū.Dicunt ambo capitis dolores sedare adalligati,& serpentiū ictus.Quidā phreneticis ac letargicis adalligari iubēt candicantem.Cōtra serpētes aūt a q̄busdam laudat̃ p̄cipue ex his quē tephriam appellant a colore cineris.Vocat̃ & mēphites a loco gemmatis naturæ.Cuius usus conuenit is q̃ urēda aut secāda sunt,ex aceto illitus.Obstupescit.n.ita corpꝰ ut non sentiat cruciatū, Rubet porphyrites ī ægypto ex eo cādidis iter ueniētibꝰ pūctis,leucostyctos uocat̃.Quātislibet molibus cædēdis sufficiunt lapidicinæ.Statuas ex eo Claudio Cæsari ꝓcurator eius in urbem ex ægypto aduexit tris,Asinius Pollio non admodum ꝓbata nouitate.Nemo postea certe imitatus est.Inuenit eadē ægyptus in æthiopia quē uocāt basaltē,ferrei coloris atq̃ duritiæ.Vnde & ei nomē dedit.Nūq̄ is aūt maior repertus est q̄ in tēplo Pacis ab imꝑatore Vespasiano Augusto dicatus +Argumēto ipe laboris circa ludētibꝰ,ꝑ quos totidē cubiti sūmi īcremēti augētes se ānis eiꝰ intelligūt.Nō absimilis illi narrat̃ in thebis delubro Serapis ut putāt Mēnonis statua dicatus, quē quottidiano solis ortu cōtactū radiis crepare dicūt Onycem ēr tū in arabiæ mōtibus nec usq̄ alibi nasci putauere nr̄i ueteres.Sed ī germania potoriis uasis iñ factis primū,dein pedibꝰ lecto℞ sellisq̃ Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo,cū.P.Lētulus Spinter amphoras ✠ex eo & urceos magnitudīe cado℞ ostēdisset.Post q̄nqueniū deiñ triginta duo℞ pedū lōgitudīe colūnas uidisse . Variatū in hoc lapide postea est.Nāq̃ ꝓ miraculo insigni q̄ttuor modicas in theatro suo Cornelius Balbus posuit.Nos ampliores triginta uidimus in scæna,quā Calistus Cæsaris Claudii libertorū potētissimus exædificauerat.

+ Argumēto. xvi. libertis circa ludentibꝰ ꝑ quos totidē cubiti sūmi incremēti arguentes annos eiꝰ uetꝰ lect.

De alabastrite & lygdino alabandico. Cap.viii.

HVnc aliq lapidem alabastriten uocant quē cauāt ad uasa unguentaria, q̄m optime ea īcorrupta seruare dicit̃.Idēq̃ etiā exustus,emplastris cōuenit . Nascit̃ circa Thebas ægyptias, & Damascum syriæ.Hic cæteris candidior.Probatissimꝰ uero in Carmania,mox in India. Iam quidem & in syria asiaq̃.Vilissimus aūt & sine ullo nitore in cappadocia. Probant̃ q̄ maxime mellei coloris in uertice maculosi atq̃ non trāslucidi.Vitia uero in is corneus color aut cādidus, & q̄cq̄d simile uitro est.Paulū distat ab eo ad unguento℞ fidē,uti existimant Lygdinus in tauro repertus amplitudine qua lances craterasq̃ nō excedat.Antea tantū ex arabia aduehi solitus candoris eximii.Magnus & cōtrariæ inter se naturæ duobus honos.Coralitico ī Asia repto , mēsuræ nō ultra bina cubita, candore ꝓximo ebori & q̄dam similitudine.E diuerso niger est alabādicꝰ terræ suæ noīe,q̄q̄ & mileti nascēs,ad purpurā tñ magis aspectu declinante.Idēq̃ liquat̃ igni, ac fundit̃ ad usum nitri.Thebaicus intercinctus aureis guttis inuenit̃ in africæ parte ægypto ascriptæ coticulis ad terēda collyria quadā utilitate naturæ alia cōueniēs.Circa+syenē uero thebaidis sienites,quē añ pyrrhopœcilon uocabāt.Trabes ex eo fecere reges quodā certamīe obeliscos uocātes solis numini sacratos.Radio℞ eius argumentū in effigie est,& ita significat̃ noīe ægyptio.Primus oīum id instituit Mitres,q in solis urbe regnabat somnio iussus,& hoc ip̄m inscriptum est in eo.Etenim sculpturæ illæ effigiesq̃ q̄s uidemꝰ,ægyptiæ sunt litteræ.Postea & alii regū ī supradicta urbe Sochis quattuor numero,quadrageno℞ & octonū cubito℞ longitudine.Ramises aūt is quo regnante Ilium captū est,quadraginta cubitorum.Idēq̃ digressus inde, ubi fuit Mneuidis regia posuit alium longitudine undecenis pedibus,per latera cubitis quattuor.

✠ Ex eo chiorum mag. ue.l. uel Antiochicorum

+Syenites uel stigmites.

De obelisco & thebaico & Alexandro,& de illo qui est in circo magno. Cap.ix.

OPus id fecisse dicunt̃ uiginti millia hoīum.Ip̄e rex cū subrecturus esset,uererent̃q̃ ne machinæ ponderi nō sufficerent,quo maius p̄iculum curæ artificum denuntiaret filium suū adalligauit cacumini,ut salus eius apud molientes ꝓdesset lapidi.Hac ammiratione opus effectū est,ut cū opidum id expugnaret Cambyses rex,uentumq̃ esset incendio ad crepidines obelisci,extigui ignē iuberet molis reuerētia q urbis nullā hūerat.Sūt & alii duo.Vnꝰ a*Smarte positus,alter ab Eraphio sine notis.xlviii.cubito℞.Alexādriæ statuit unū octoginta cubito℞ Ptolemæus Philadelphus,quem exciderat Nectabis rex pu℞.Maiusq̃ opus fuit in deuehendo statuendo multo q̄ in excidendo.A.Satyro architecto aliq deuectū tradūt.Rate ut Callixenus dixit a phœnicæ fossa ꝑducta usq̃ adiacēte obeliscū e nilo.Nauesq̃ duas in latitudinē patulas, pedalibꝰ spatiis ex eodem lapide ad rationem geminati per duplicem mēsurā pōderis oneratas,ita ut subis

* Marre uel Menophi.

sent obeliscũ pẽdẽtẽ extremitatib⁹ suis in ripis utrinq;, postea e gestis laterculis alleuata naue excepisse onus staturũ. Excisos aũt sex talis in monte eodem artificem donatũ talẽtis gnquaginta. Hic aũt obeliscus fuit in Arsinoe posit⁹ a rege supradicto, mun⁹ amoris in cõiuge, eadẽq; sorore. Arsinoe. Inde eũ naualib⁹ incõmodũ. Maximus quidã præfectus ægypti transtulit in forum reci so cacumine dũ uult fastigiũ addere auratũ, qđ postea amisit. Et alii duo sũt Alexãdriæ ad portũ in Cæsaris tẽplo, quos excidit Mesphees rex q̃dragenum binũ cubitorum. Super oĩa accessit difficultas mari Romã deuehendi spectatis admodũ nauib⁹. Diuus Augustus priorem aduexerat miraculi gratia, puteolisq; naualib⁹ ppetuis dicauerat. Sed incẽdio cõsumptus est. Diuus Claudius aliquot p annos asseruatã eã quã Caius Cæsar importauerat, oĩbus quæ unq̃ in mari uisa sũt, mirabiliorẽ turrib⁹ puteolis ex puluere exædificatus pductã ostiã portus gratia mersit, alia ex hoc cura nauiũ quæ tyberi subuehebant. Quo expimento palam fuit, non minus aquarũ huic amni esse q̃ nilo. Is aũt obeliscus quẽ Diuus Augustus in circo magno cõstituit, excisus a rege Semnefer teo, quo regnãte Pythagoras in ægypto fuit, centũ uigintiquinq; pedũ est, & dodrantis, p̃ter basim eiusdẽ lapidis. Is uero qui est in campo martio nouem pedũ minor est a Sesostride. Inscriptam ✤ambo rerum naturæ interp̃tationem ægyptiorum opere & philosophiæ continent.

✤ambo regꝫ interp̃tationẽ ægyptiorũ phiæ cõtinẽt. uetus. l.

De illo qui est in campo martio pro gnomone. Cap. x.

EI qui est in campo Diuus Augustus addidit mirabilem usum ad depræhendas solis umbras dierum ac noctium magnitudines, strato lapide ad obelisci magnitudinem, cui par fieret umbra Romæ confecto die sexta hora paulatiq; p regulas q̃ sunt ex ære inclusæ singulis dieb⁹ decresceret, ac rursus augesceret, digna cognitu res & ingenio fœcũdo. Manli⁹ mathematicus apici auratã pilã addidit, cui⁹ uertice umbra colligeret̃ i se metipsam alia atq; alia ĩcremata iaculãtẽ apice ratione ut ferũt, a capite hominis intellecta. Hæc dierũ obseruatio. xxx. iã fere annis non cõgruit, siue solis ipsius dissono cursu & cœli aliq̃ rõne mutato, siue uniuersa tellure aliqđ a cẽtro suo dimota, ut dep̃hẽdi & ĩ aliis locis accipio, siue urbis tremoribus ibi tm̃ gnomone ĩtorto, siue inũdationib⁹ tyberis sedimento molis facto, q̃q̃ ad altitudinẽ impositę rei in terrã quoq; dicant̃ iacta fundamenta.

De tertio obelisco Romæ in uaticano. Cap. xi.

TErtius est in uaticano Caii & Neronis principũ cyrco, ex omnibus unus omnino fractus in molitudine eius, quem fecerat Sesostridis filius Nuncoreus. Eiusdem remanet & ali⁹ centũ cubitorum quem post cæcitatem uisu redito ex oraculo Soli sacrauit.

De pyramidibus ægyptiis & sphige. Cap. xii.

DIcant̃ obiter & pyramides & in eadem ægypto regum pecuniæ ociosa ac stulta ostentatioĩ. Quippe cũ faciendi eas cã a plærisq; tradat̃, nec pecuniã successoribus aut æmulis insidiantibus præberent, aut ne plæbis esset ociosa. Multa circa hoc uanitas illorum hominũ fuit, uestigiaq; cõpluriũ inchoatarꝫ extant. Vna est in Arsinoite nomo, duæ in Mẽphi non p̃cul a labyrintho, de quo & ip̃o dicem⁹. Totidẽ ubi fuit meridis lacus, hoc ẽ, fossa grandis. Sed ægyptus inter mira ac memorãda narrat horã cacumina extrema, q̃ eminere dicunt̃. Reliq̃ tres, q̃ orbẽ terrarꝫ impleuere fama, sane conspicuæ undiq; annauigãtib⁹, sitæ sunt in parte Africæ monte saxeo sterilique inter mẽphin oppidũ, & qđ appellari dixim⁹ delta a nilo minus quattuor milibus passuũ memphi sep̃rẽ. d. pas. a uico apposito quem uocant busirin. In quo sunt assueti scandere illas. Ante has est sphinx, uel magis miranda, qua syluestria sunt accolentium. Amasin regẽ putant in ea conditũ, & uolũt inuectã uideri. Est aũt saxo naturale laborata, & ✝rubrica. Capitis monstri ambit⁹ per frontẽ centũ duos pedes colligit, longitudo pedũ centum quadraginta triũ est, altitudo a uẽtre ad summã ✱aspidẽ in capite. lxii. Sed pyramis amplissima ex arabicis lapidicinis cõstat. Trecenta sexaginta hoĩm milia annis. xx. eã cõstruxisse p̃dunt̃. Tres uero factę annis septuagintaocto & mẽsibus q̃ttuor. Nempe q de iis scripserunt, sũt Herodotus, Euhemerus, Duris Samius, Aristagoras, Dionysius, Artemidorus, Alexander Polyhistor, Butarides, Antisthenes, Demetrius Demoteles Appion Inter oẽs uero eos nõ cõstat a q̃bus factæ sint iustissimo casu obliteratis tãtæ uanitatis auctorib⁹. Aliq ex iis p̃diderunt in raphanos & alliũ ac cepas mille octingenta talenta erogata. Amplissima octo iugera optinet soli q̃ttuor angulorꝫ paribus interuallis p octogentos octoginta tres pedes singulorꝫ laterꝫ altitudo, a cacumie pedes. xxv. alteri⁹ ĩterualla singula p q̃ttuor ãgulos pates. dcc. trigintaseptẽ cõprehendunt. Tertia minor p̃dictis, sed multo spectatior æthiopicis lapidib⁹ cõsurgit. ccc. sexagintatribus pedibus inter angulos. Vestigia ædificationũ nulla extãt.

✝ lubrica uetus lc. an obliqua.
✱ Apicẽ uel absiden.

